ORATIONES DVÆ LONDINI HABITÆ in ædibus GRESHAMIIS, An. Dom. 1598.

In laudem Dei, Ciuitatis, Fundatoris, Electorum,

A Matthæo Gwinne Doct. & Medicinæ ibidem prælectore, Collegij Diui Ioannis Baptistæ apud Oxon. Socio.

Virg. Æneid. l. 12. 396.

Scire potestates herbarum, usumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

LONDINI,
Excudebat Richardus Field.
1605.

Patronis obſeruandis;

Illuſtriſſimo Domino, Domino Thomæ Egertono, Baroni de *Elleſmer, ſummo Regni Cancellario: & viris* digniſſimis, Magiſtro, Guardianis, Aſſiſtentibus, Socijs illius Sodalitij, quod eſt Londini, Mercerorum D. D.

Secundis tuis literis (ô lumen literarum, literatorum columen, cuius nec fama, nec fides vllis vel literatorum, vel literarum cancellis circumſcripta, Amplißime Cancellarie) electioni commendatus; veſtris ſubinde ſuffragijs (lectorũ è nobis trium lectißimi Electores-dignos aſſumere cauti, ſocietatum Londinẽſium palmares primipili) prælectioni medicæ (vt ſtudium locus, votum tulit) deſignatus, vt gratias (annos iam ſeptem) debui, animo ſemper habui, ſum ſemper habiturus; ſic verbis nunc ago, quâ par eſt, Horat. lib. 1. ſat. 2. 6. 51.

innumeras, quâ poſſum immortales.

Virg. Ecl. 5. 78. Æn. 1. 614. Horat. lib. 88.

Semper honos, nomen veſtrũ, laudeſq; manebunt,
vt ille ingeminat.
Laus etſi debetur, & à me gratia maior,
vt alter agnoſcit. Sed remetiri gratiam,
(Nulla quibus reddi gratia digna poteſt)
vel laudem emitiri (quorum Nulla vox famam, ceu formam, comprehendet: nam quicquid dixero, minus erit) vt nimium eſt onerus, ſic mei non eſt inſtituti. Nunc ergo quid agitur? Nec nihil. nec nihili. Nam aut nihil, aut nihili, qui nihil agat: quin eſſe omnino non videtur, Deus Balbo, homo mihi. Actorum reddatur ex parte prima ratio. Non quicquid egerim, ſed quòd nonnihil egerim, loquuntur hæc quæ legitis, monſtrant quæ ſunt in manibus, ob oculos: non Cinnæ Smyrna, etſi ſeptimus iam annus premitur, non panegyricus Iſocratis, etſi octauus agitur, quo fari cœperim: ſi barbarè, ad ab Oxonio, & more meo; ſi nitidiùs, floridiùs, id vt e roſtris & comitijs, vt ille loquitur. Occaſioni nata dixerim ex re, pro re præſenti, ad horulam. Ergone citò nata citò pereant? horti Adonidis? Meliora ſpero, στείρας εἰς τὸ πρόσθεν, vix ſpero placitura. Nam ſi Galeni ſæculo, quanto magis noſtro? ſi ὑπὲρ ἐντιμότερον, nec curæ magis, nec honori, quod

Cic. nat. De. 1.

Ceel. Rho. praf. 1.

Scal. Subt. exer. 16 2.

Zenx. Agath. Plat. Phœd. f

Gal. ord. f. c. 1

quod ſcribatur à Muſis, à Galeno, quanto magis à nobis, quàm quod ab indoctiſſimis? (Nam &

Scribimus indocti, doctiſque — Horat.l.2. epi.1.117.

& neſcio quomodo —tenet inſanabile multos Iuu.ſat.7.52

Scribendi cacoethes — *vt ſcribunt Satyrici.)*

Νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος Pind.Olymp

vt ſolatur Pindarus. Nunc tamen ſcribenti Plin.l.5.ep.8

(an monet, an minatur Plinius?) graues offenſæ, leuis gratia. Quin verò magis medica à profeſſore medico? Sic ſane cætera; vt multo plura, ſi volumen, ſic non minùs elaborata, induſtriam ſi requiratis. Quin illa priùs edita? Satis me ſumptu premunt hæc præludia: pluſquàm ſatis opprimerent, ſi imprimantur in Anglia, elucubrationes philiatricæ. Has ego filiolas, quòd natu maximas, quòd natas patriæ, patritijs cum dote eloco: illas grandes, robuſtas, bène-habitas, apud me teneo: nec me rogante gradum patritij, ſi merebuntur, Suet.Aug.c. 56. *vt Auguſti, nec patre defuncto dotem his dicat patria de patris gratiâ, vt olim Scipionis.* Plut.Scip. Aphr. *Sed nunc cur euoco? In memoriam reuoco,* Sen.conſ. Helc.12. *quæ intermiſſa; in lucem, quæ obſcurata; in ſedem, quæ quaſſata; in fidem, quæ neglecta. Interceſſere tria Regni Comitia, ex quo cœpere lectiones Greſhamiæ: de quibus, non dico*

connellendis, ſed alio conuertendis, vt nimis multa interim priuatim agitata, at nihil actũ publicè de confirmandis, vt ſpes fuit, nedum de ornandis, vt erat deſiderium. Hic motus cum refrixerit, nunc refricandũ cenſui, quum (de me quicquid fiet) de re maturè conſulendum, conſulto tranſigendum. Tempus attenditis? —nunc, nunc incumbere tempus.

Ouid. Met. 10.

Vir. AEn. l. 9. 320.

Rem circumſpicitis? —nunc ipſa vocat res.

lib. 5. 638.

Vtrumque aduertitis? —nunc tempus agi res. *Res enim (mihi credite, imò exteris, noſtratibus, imò ſenſibus, kiſtoryis, imò & homini, & Deo credite) quæ Londinenſes magis, quàm ædes Greſhamiæ, exornet, nulla; illuſtret, profectò nulla. Sed de his in his plura. Ego interea, cui ſupra votum inclareſcere,*

Virg. Geor. l. 3. 9.

—Victorque virûm volitare per ora,

AEn. l. 3. 194.

(Quanquam ô— Nec iam prima peto)

Plin. l. 5. ep. 8

voto ſed ſufficit, ſiquâ, vt Plinius, me poſſim humo tollere, hæc grati magis animi, quàm ſymbola conſilij, in lucem profero. Sed quibus tandem dedico? Honori in primis tuo, honoris exemplar, decus, ſpecimen, doctorum nobiliſſime, nobilium doctiſſime Cancellarie,

Olymp. Nec. ecl. 1.

Cui blanda in vultu grauitas, & mite ſereno
Fronte ſupercilium, ſed pectus mitius ore.

Hor. l. 4. od. 3

Nam vt Horatius Melpomenæ,

Quod ſpiro & placeo, ſi placeo, tuum eſt.

Ideoque

Ideoque vt Sibyllæ Æneas, Ouid. Met. l. 14. 124.
Numinis inſtar eris ſemper mihi, meſque fatebor
Muneris eſſe tui.—

Amplitudini tum veſtræ, Propolæ ornatiſſimi, quorum non ampliores copiæ, quàm animi, animi quàm gratiæ: quorum auguſtos animos ipſa benignitas ad gloriam cæleſtem efferet. Suet. Aug. c. 71.

Nam vt amicis Aſcanius, Virg. AEn. l. 9. 260.
Obteſtor, quæcunque mihi fortuna, fideſque eſt,
In veſtris pono gremiis.—

Ideoq; vt illis ille, Ouid. faſt. 4. 828.
Auſpicibus vobis hoc mihi ſurgat opus.

Horum ergo infantiam maleuoli ſi oppreſſuri venerint, quaſi Alcmenæ terreo, Nouerca, ſed ore fero Herculem, quin fronte fero Pallada. Gal. an ſint. animi.

Χαῖρεν Ἀθηναίη πεπνυμένω ἀνδρὶ δικαίῳ. Hom. Odyſ. γ.

Hàc fide, hàc fiducià, hæc vobis dedicat, calumniam vt fugiat, aſcripto nomine (ſuum ſuis Galenus etſi non aſcripſerit, laudem vt fugeret) Gal. meth. l. 7 c. 1.

Tam fœlix vtinam, quàm pectore candidus— Ouid. Pont. 4. 14. 43.
Matthæus Gwinne.

Thomæ Egertonio ἀνδραπτος.

TV GESTAS merito, quem geſtas nomine, HONOREM:
Regni prima TENES munera GRATVS HOMO.

Oratio prior.

Hip aph. 1. l. 1. Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς· ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑαυτὸν τὰ δέοντα ποιέοντα παρέχειν, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρέοντας, καὶ τὰ ἔξωθεν. Vita breuis, ars verò longa, occasio volucris, experientia periculosa, iudicium difficile. Nec verò satis est suum officium fecisse medicum, nisi ægrotus suum, suum astantes faciant, sintque externa ritè comparata. Hæc (Auditores, vt ad noua, satis frequentes, vt ad docta, vix satis; vt in hac Vrbe valdè celebres, vt in hac causâ parum celeres) Græcè tradit Hippocrates, Latinè reddit Plantius, &c. Vnde autem potiùs ducam principium, quàm ab Hippocrate, si quem medici sequuntur, duce, si cui obsequuntur, principe medicorum? quàm vnde Hippocrates medicinæ principium, inde vt ducam principium, vnde ad finem filum duxi producendum? Nam quid in vitâ prius vitâ, à quâ,

quâ ad quam ſunt omnia? quid in ſchola arte antiquius, in quâ vita conſumitur, imò per quam conſummatur? quid, ſiquid dicitur, occaſione potius, quâ debent dicta naſci, ſolet vita menſurari, ars ſtudet conformari? quid, ſi quid agitur, experientiâ commodius, quâ dicta, facta confirmãtur, vita docet, ars diſcit, occaſio accommodatur? quid, ſi quid cogitatur, iudicio impenſius, quo dicta, facta, cogitata perpenduntur, vita diſponitur, ars conſtituitur, occaſio diſcernitur, experientia examinatur? Quid in vita breuitate, in arte longitudine, in occaſione volubilitate, in experientia periculo, in iudicio difficultate, vel annotandum priùs, vel magis attendendũ? breuitatem vt producat moderatio, longitudinem induſtria vt comprehendat, volubilitatem vigilantia vt anteuertat, amoliatur cautio periculum, difficultatem vincat moderata, induſtria, vigilans, cauta prudentia. Hæc prima: quid his proximum? Medicinę ſcilicet quid propius, quàm medicus? quid medico, quàm æger? quid ægro, quàm aſtantes? quid aſtantibus, quàm circumſtantiæ? quid igitur docendum potiùs, diſcendum priùs, quàm medicũ quid

deceat,

deceat, æger quid debeat, astantes quid oporteat, externis quid conueniat?

Hæc bene qui mihi tractet, erit mihi magnus Apollo: Imò
Hæc bene qui sibi seruet, erit sibi Iupiter alter.

Plat. Cratil. Apollo Hippocrates (nam ἀπολύων) imò
Cic. nat. De. l. 1. Iupiter Hippocrates, (nam *iuuans pater*)
hæc si proponit pro procœmio, procœmium
Pind. Olym. si placet Pindaro *magnificum & splẽdidum*,
Cic. de orat. l. 2. Ciceroni *non exile, nugatorium, vulgare sed aptum, acutum, accuratum*; Apollo rei medicæ procœmium si exararet, procœmium hoc exararet: sin pro præcepto ponit, præceptum si Galeno ἀληθὲς, χρήσιμον, ἀκόλουθον,
Gal. sect. ad Thras. Demetrio probatur *breue, dilucidum*; præceptum Iupiter si medicinæ traderet, hoc primum medicis, ægris, astantibus, præceptũ traderet, ποιεῖν τὰ δέοντα. Quod si ex herba de messe, ex aditu de adytis, ex ingressu de progressu, mihi licet argumentum, vobis libet spem concipere, ausim (non nimis audax) dicere, nec bibliothecas
A. Gel. noct. Att. l. 20 c. vlt. philosophorum, nec tabularum duodecim libellum, nec quorumcunque *pandectas, musas, siluas*, ἀμαλθείας κέρατα, διατριβὰς, καταγωγὰς, tam & solidum & splendidum ieciſſe

iecisse fundamentum, tot verbis prælibasse tot mysteria.

Nec fumũ ex fulgore, sed ex fumo dare lucẽ Hor.art.poe. 144.
Cogitat, vt speciosa dehinc miracula promat.

Hunc ego à limine quum salutare studui, sic amplexabar; imò hoc ego limen quum volui deosculari, sic ipsum reuerebar; Salue potui, at vale visus vnà dicere: deosculari fas, at nefas commorari. Nec enim de Hippocrate, nec ex Hippocrate de vita, sed hodierna vt suppetit occasio, hesterna vt docuit experientia, vtrinq; iudicium vt me monet, de vobis, de nobis, de hoc loco, in hunc locum dicturus veni, video; audituri cõueniistis, scio; ego dicturus lubentissimè, quòd vos lubenter audituri: vt id medicus indulgens parem, quod vultis patientes, quò vocatis assidentes, quò externa comparãtur. Γ'γιαινε igitur pater Hippocrates; Vale mater Medicina, in hoc biduum, vel si sit opus, in vniuersum triduum. *Regis filij,* Liui.l.1.f. *suam quisque matrem primo quoque tempore exosculentur:* ego Brutus (non dico

—*stulti sapiens imitator*— Ouid.fast.l.1

sed *ludibrium verius, quàm comes*) in terram lapsus terram exosculor.

O chara salue terra— χαῖρε *patria.* Sen.Agam. act.4.

Tactum

Thieſt.act.3 *Tactum ſoli natalis, & patrios Deos,*
Si ſunt tamen Dij, cerno.——

ſolum, quod primum inſtiti, cœlum quod primum aſpexi, in ſolo ſegetem, ſegete cibum, in cœlo aërem, aëre ſpiritum, niſi accepta referam, ſim nullus; niſi agnita commemorem, ſim ingratiſſimus. Mater, vt dixi, Medicina; ſed & Londinum non μητρόπολις, ſed μήτηρ; vtra charior? vtraque chariſſima. Salue *parens antiquiſſima, ſanctiſſima.* Cur? Langi, rogas? peperit: inquiris, quomodò? in lucem protulit; olim, & hodie. Excepit; ſic & hoſpes Oxonium: at ab illa. Fouit; ſic & nutrix Oxonium: at poſt illam. Aluit; ſic & altrix Oxonium; ſed propter illam.

Plat. Menex Cic. Act. 9 ep. 11.

Lipſ. conſt. l. 2. c. 10. 11.

Ouid. Met. l. 14. 171. *Quod loquor, & ſpiro, cœlúmque & lumina Solis*
Aſpicio (poſſumne ingratus, & immemor eſſe?)
Illa dedit.——

Opinionis hæc tela, muſcam quæ capiat? imò Naturæ cuſtodia, hominem quæ teneat. Illam non amem pro meritò? nega, & me nega hominem: nam exuat & hominem, qui patriæ amorem exuat. Illam non ornem pro virili? nega, & me virũ bonum nega:

nega: nam *virum bonum dederis, & bonum ciuem dabis.* Illi non me dedam, cui me debeo? A quâ vitam accepi, illi mortem non consecrabo? Pro qua mortẽ oppetere non dubitem, illi vitam impéndere detrectem? eius commodis non gaudeam? incommodis non doleam? non illi *mea tempera, prima, media, extrema impertiam?* Sit vox militis non optimi, *Patria est, vbicunque est bene*: sit poetæ non fortissimi

Aristot. pol. l. 3 c. 4.

Plin. l. 4 ep. 23. Cic. Tusc. qu. l. 5. Ouid. fast. l. 1. 493. Trist l. 2. 39. Telam. Teu. August. Oui. Mur. var. lec. l. 2. c. 3.

Omne solum forti patria est.—

At vtriusque exulis, neutrius ciuis boni; de se nimis solliciti, de patria non satis; illum vt pater expulerit, hunc Pater patriæ. Quod ore tenus, excusent necessitas: intùs, in pectore, illius errores, huius offendant tristia,

Quã sit amor patriæ ratione valentior omni.

Ouid. Pont. l. 1. el. 4. 29. Ficin. in cõui. Plat. o. 7. c. 2.

Sit, subitò si interpelles, κοσμοπολίτης Socrates: seriò si consulas, Athenæ Socrati, *si non sola, at primæ producant virum.* Quin vt Crassus apud Ciceronem, *Si Ithacam in asperrimis saxulis tanquam niduli affixã, sapientissimus vir immortalitati anteponeret, quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriã, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperij, dignitatis?* Amorem dixit? non erat satis charitatem dicere:

Cic. ibid. de Orat. l. 1. de Leg. l. 2.

nam

De Offic.l.1. nam *charitates omnes omnium vna patria complectitur*: ἐμφατικώτερον. si pietatem: nam si Metellus Pius, *patri patriam, patrem patriæ qui reddidit, qui impius non reddito*; quin patriam qui colat pius, si impius qui non colat?

Auson.grat. act.

Ouid.fast.li. 2 535 Eurip.Lips. ib.c.10. Plat.Meneχ. p. Plin.l.1.ep. 18.

— pietas pro diuite grata est Munere.— Sic —ἀναγκαίως ἔχει Πατρίδος ἐρᾶν— vt poeta; non modò δικαιότατον κοσμῆσαι πρῶτον τὴν μητέρα αὐτὴν, vt Philosophus; Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης vt è poeta philosophus. Romam dixit, vt amor & Roma, Roma & amor retrocommeet? quin hanc Augustam potiùs? Nam hæc *Augusta* Romæ ante annos mille ducentos octuaginta; eoque nomine & omine posteritati commendata. Nec nomen illud insolens, etsi *Londinij* antiquius. Quin si multum præuiderint, qui nomen pubescenti, si non in incunabulis, *Augustam* posuerunt, his incrementis florescentem si viderent, aut inuiderent nimiùm, aut faterentur Augustissimam. Nec tamen Augusta Lundonium antiquauit, eo saltē de nomine, vt constet antiquitas cum dignitate, dignitas antiquitate augeatur. *Domū* dixit? diuersorium voluit; domum non debuit.

Am.Marc.l. 27. An. 316. sub Const.Mag. Tac.annal. l.14.

Domum

Domum virtutis?

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Aristop. Plut Virg. AEn. l. 2. 325.

Domum imperij? —*fuit Ilium, & ingens*
Gloria Teucrorum—

Domum dignitatis? Rex in tragœdia: fumus, & vmbra fumi. Vix placeat *Bruxella Langio*, *Isscanum Lipsio*: *Arpinum* placeat *Catoni*, *Ciceroni*: at magis Roma placeat: sic placeat *Sertorio*, victori etiam, *Romæ vt malit ciuis ignobilis, quàm alibi vbiuis Imperator degere.* Nam Lip. const. li. 1. cap. 11. Cic. leg. l. 2. Plut. Sertor.

Quid satis est, si Roma parum? — Luca. l. 5. 274

& quanto magis placeat

Altera Roma viris— Camden. Britan. Cic. Senect.

vt nostras de nostra cecinit. Vix vlla fortè claritas *Seriphio*, *etsi Athenienſi*: at nec ea claritas *Themistocli*, *nisi Athenienſi. Futuro* enim *glorioso patriam Simonides requirit gloriosam.* Am. Marc. l. 14.

Ὡς ἡδὺ γλύκιον ἦ πατρίδος— Hom. Odyſ. α & ι.

vt ille & πολύτλας & πολύτροπος,

Exoptans oculis ſurgentem cernere fumum
Natalis terræ.—

Ita *decet chariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipsos*; *quæ*, *dici vix potest*, *quid charitatis*, *quid voluptatis habeat*; vt ille & parens patriæ, & pater eloquentiæ. Quo nomine, Cic. fin. l. 2. or. post. red.

vt

vt olim à Socrate, sic à me hodie, sit summo Creatori summa gratia, & quia Creatori, & eâ maximè de gratiâ, *quòd virum* creárit, *non fœminam*; Christianum non Ethnicum; in Christianis Anglum; in Anglis Londinensem. Quin virum cum dixerim, καὶ λόγων κατήκοον, sufficiat, si nihil aliud, vt illi *Athenienſem*, sic mihi dixisse Londinensem. Vtinam par causa patriæ me gloriandi, ac mihi patriâ: aut, quia impar meritum, vtinam sit mihi par facultas, ac est animus: Athenas, Londinum, tibi quot gradibus postponerem? te Romæ quot nominibus, Londinum, anteferrem? AEgyptiorum Alexandria, Italorum Venetiæ, Gallorum Lutetia, Belgarum Antuerpia consistant in secundis. Tu magno, vt merito, sic animo, non nisi cum reginis certa, certa de victoria. Tu, si non cæteris,

Quanto delphinis balæna Britannica maior;

At tibi Μάταια τ' ἄλλα,—

& vix eodem die nominãda. Quod si Cretensis olim Insula talis, tanta, vt πολιτείαν illi *præstantissimam concesserit*, *leges ab ea hauserit antiqua illa Græcia*, Sol & Sal gentium, terrarum flos, fons literarum; quin quantum cedit Creta Angliæ, Insula non minima,

Diog. Laer. l. 1. c. 1. Plut. Mari. de Plat.

Plat. Axioc. p.

Iuuen. Sat. 10. 14 Eras. chi. 3. ce. 10 85. Plat. Mino. polit. l. 8.

minima, at (ni fallor) mediocris, inuidiâ fatente Insularum maximæ, virtute vendicante optimæ; tantum concedant Athenæ Græcorum Londino Brittannorum. Degenerârunt, credo,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, Epimenid.

cùm olim magis πολυνοίαν quàm πολυλογίαν affectarent. Creta fateor, effloruit, defloruit Plat. leg. l. 1.

Nunc tantũ sinus, & statio malefida carinis. Græci, proh dolor! Vir. Aen. l. 2. 23.

Vel Priamo miseranda manus:— lib. 11. 259.

Græcia, proh pudor! Thracium—*floribus Austrum*,—*fontibus Aprum*, malorum Iliada, proh nefas! sic perpessa, vt nunc *in Græcia desideremus Græciam*; vt ille olim, *Samnium in ipso Samnio*. Athenas quid nomino, κακῶν παπύγιον; quibus & ἐκ κακῶν κάκα, & κακῶν κακὰ ἐσχάτων ἔσχατα, dictu grauia, perpessu aspera; cùm aut sint ὕδωρ ἐγγαῖα, aut vix sint vel de nomine! Hæc autem nostra Insula, quàm, bone Deus, tuâ bonitate, bonis plena, vt si non Beatarum vna, at sit beata vnica: in qua beati incolæ, quòd sic beata insula, Ecl. 2. 58. 59. Herodia l. 3. Flor. l. 1. c. 16

Naturæ gaudentis opus:—

O fœlix ter & ampliùs:

Ouid.Met. l.6.129. *Non illud Pallas, non illud carpere liuor*
Possit opus: —

Athenis licèt *Pallas* nomen fecerit, & liuor nomine Londini impalleſcat.

Vir.AEn.l. 11.104. *At non cum victis certamen, & æthere cassis.*

Athenas igitur florentes cogitate, Spartæ æmulas, Mycenis pares: etſi & hodiè,

Ouib.l.15. 429. *Vile solum Sparte est, altæ cecidere Mycenæ:*
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen, Athenæ?

Iuſtin.l.5. Cal.4.l.l. 18.c.25. *Athenæ* fuerint *ocellus Græciæ*: at eſt Londinum caput Angliæ: Græcorum illæ, hoc Britannorum πρυτανεῖον, acſi πυρὸς ταμίειον, theſaurus, horreum, & promptuarium:

Thucid. Græcis illæ, hoc Anglis *Veſta*, Anglos quæ foueat, quam Angli colant: ſuis illæ, hoc

Pla. Menex. Ariſtoph. ἐπτ. nobis *culmen, firmamentum*, ἔρεισμα. Si illa vrbs θεοφιλὴς, hæc verò magis: ſi illa, & iſta, ἐν νεφέλαις ἄετος: ſi illa Ἕλλας Ἕλλαδος,

Camden.ib. *Iſta Britannorum condigna Britannia dici:*
Si vt πόλις Alexandria, ſic ἄρα illa κατ' ἐξοχὴν; quin iſta Ciuitas per excellentiam? Nec illi magis, quàm nos, αὐτόχθονες *indigenæ:* illi fortaſſe magis *Cicadæ*, nos non minùs

Virg. Geor. l.2.472. AEn.l.9.607 Cic.clar. or. *Et patiens operum, paruóque assueta iuuentus.*
At *Athenas doctrinæ domum*, Ἑλλάδος μᾶ-

σεῖον

σεῖον, *patriam communis eloquentiæ, literarum, facundiæ, & πολιτείας templum; Græcorum corpora per alias dispersa ciuitates, ingenia solis Athenienſium muris concluſa,* antiquitas vt venerando conteſtatur, ſic conteſtando veneratur. Londinum verò noſtrum neque neglexit hactenus, ſi non *ſcire* vt Athenæ, *quid* Sparten *deceat*, at *facere* vt *Sparte*, quod *Athenæ laudent*: & antehac vt ſe erudijt, ad pietatem concionibus, ad iuſtitiam curijs, ad idiomata gymnaſijs, nuſquam frequentiùs, nunquam ſtudioſiùs: ſic hodiè, vt Cato conſeneſcens, Græcas addiſcit diſciplinas, quâ vacat attentione, quâ decet celebritate. Nec Atticos lepores, ſales, Veneres, Oratores, Philoſophos, Athenæ primæ vendicent, & ſolæ venditent: nam *ſi primæ, quo pacto ſolæ? ſi ſolæ, quo pacto primæ? Athenas nouas* ſi ille *Lugdunum* dixerit; ego Londinum meliùs; vt nec Athenæ magis Atticæ. Vt taceam reliquos, vnum dabo:

Pind. Iuſt. l. 2. & 5.
Paterc. l. 1. f.
Eraſ. apoph. Lac. 53. 54.
Plu. Cat. Ma.
Demonax de Agath. Pinet. deſcr. vrb.

— *numine ab vno*
Diſce omnes. — Athenis *Socrates, Philoſophorum Princeps, Philoſophiæ parens, illam è cœlo deuocans, Silenus intùs habens Deum, in diſputando Proteus, Dædalus, vir-*

Vir. AEn. l. 2. 65. Cic. nat. De. l. 2. f. fin. l. 2. Tuſ. quæ. l. 5. Plat. ſymp. Euthyphr.

tutis exemplar, ſpecimen: Londino prædicetur Thomas Morus, *vnicum Britanniæ ingenium, ornamentum Angliæ eximium, noſtri orbis decus,— Londini gloria prima ſui, ingenium, memoriam in numerato habens.* Nihil adhuc meum d alterutro: nunc confero. Si εἴρων Socrates, hic magis, ſi inuidia; ſi ille ſapiens, hic magis, ſi Apollo; ſi *nomen illius, non hominis, ſed integritatis & ſapientiæ nomen,* huius profectò magis, hiſtoria ſi iudicet. Ita vita vitæ, dicta dictis, omnia reſpondent omnibus, Plutarchus vt ſi reuiuiſcat, inueniat ex Anglis Socrati παραλληλον, quem ex Romanis non inuenit: vt ſi Pythagoræ ſit μετεμψύχωσις, poſt annos bis mille quadringentos Sapientis anima in Morum tranſmigraſſe videatur. Morum non dico arborem; etſi & illa *arborum ſapientiſſima*; & illo nomine *Morum ſe dici vellet Lodouicus Sfortia.* Nec Moron Græcorum dico, ſeu fatum dicat, ſeu fatuum; etſi & fuerit μωρία Athenis ſacra, & non ſit nobis μωρία illaudata. Sed Morum noſtratem dico; morum (vt ille cecinit)

Quos Numa, quos hilaris poſſet habere Cato:
morum menſuram ſuis, amorum metam exteris.

Mor. Oper. Colet.

Buſlid. Gerar.

Eraſm. alij. Cic. offic. l. 1. Ac. qu. l. 2. Muret. or. 5. Pli. nat. hiſt. l. 7. c. 31. 34.

Lib. 16. c. 25.

Ioui. emble.

Cœl. l. 6. c. 19 Eraſm. enco. mor.

Mart. l. 12. ep. 6. 8.

Nullo

Nullo se tantùm tellus iactabit alumno. Virg. Aen. l. 6. 878.

Nec tamen scio, tantúsne prodierit, vtrâ, an alterutrâ ex Academia: ab argumento nostratium conijcio, ex nostrâ, *Oxonium* quòd priùs nominet. Vtcunque, vndecunque, non Atheniensem Plato, sed Morus Britannicam sic finxit, an effinxit Politeam vt nulla magis desideretur, recolatur, memoretur Eutopia, quàm Mori Vtopia. Tantum ille Londino tribuit, tantum illi Londinum debuit: Mor. ep. ad Dorp. Eras. vit. Mo

— tantum instar in illo. Vir. ibi. 866.

Cedant igitur Athenæ huic nostræ: quid Roma? num præcellat? De illa, *Sibylla* quod præsensit, Melan. chr. l. 3.

Ῥώμη μὲν ῥύμη ἔσεται, καὶ δῆλος ἄδηλος,

id ipsa, & *plus mali adolescens sensit, Brenno nostrati capta, quàm boni priùs senserat*: at multò magis iam adulta, ter intra annos centum triginta tres obruta, diruta, incensa, diuastata, non vno letho vt perierit: nec minimè iam consenescens, anno abhinc septuagesimo, sub mense Maio, Borbonio expugnata, Auraico prædæ data, Hispanorum direpta pietate, scilicet. Nunc, si non-seges est, vbi Roma fuit, at vbi *Roma fuerit, ambitiosè quæritur, nec inuenitur.* Vopisc. in Caro. Liu l. 1. A. V. C. 365. An. D. 414. 459. 546. An. 1527. Maij 6. Lips. const. l. 1. c. 16.

Plut.Marc. Pomp.Læt. Iustin. Nempe, vt *Romanus de Romanis, sed victis, videre se multa Romanorum arma, multa corpora, Romanum verò neminem*; sic Romam qui visat hodiè, Romæ sceleton, non succi plenum corpus; Romæ cœmiterium, non vetus pomerium; Romæ vix vmbram, nedum cineres, nedum reliquias, nedum monumenta, ne dum ornamenta videat: & tamen adhuc videat (dum Stultus Populus Quærit Romam) Superbiam, Perfidiam, Querelas, Rabiem; Sæuitiam, Petulantiam, Quæstum, Rapinam: *S. P. Q. R.* & Roma est, sed qualis?

Virg.AEn. l. 1.274. l. 1.291. l. 6. 783. *——quantum mutatur ab illa,*
Imperium Oceano, famam quæ terminat astris?

Ter.Eu.act.1 *Adeóne ex odio hanc immutarier, vt vix cognoscas eandem esse?* Euocatur nimirum

Plin.N.H.l. 28.c. 2. *tutelaris Deus*: etsi *Pontifices id sacrum iamdiu occultârint.*

Vir.AEn.l 2. 351. *Excessêre omnes, adytis arísque relictis,*
Dij, quibus imperium hoc steterat.—

Nec verò peius aliquid de Roma fingat aliquis, quàm Roma quem cinxit laureâ, summis euexit laudibus, & in hunc diem admiratur, Vates, & hæc, & plura vaticinatus in hunc modum:

Fon-

Fontana di dolore, albergo d'ira, Petrar. par 1 Son. 105.
Schola d'errori, & tempio d'heresia, 107.
Già Roma, hor Babilonia falsa & ria,
Per cui tanto si piagne, & si sospira. &c.
Hospitiũ trucis iræ, ægri scaturigo doloris,
Errorum, hæreseωn, schola, templum, olim inclyta Roma,
Nunc Babylon meretrix, & falli, & fallere prompta,
Multas quæ lachrymas facit, & suspiria multa:

vt pro corona triplici ter saltem dicat Babylonem. Sed ne cum larua lucter, & illam ἐν ἀκμῇ cogitate. Cogitari potest ἀπόλαυσις, vbi non cernitur ἀπόλεσις. Nempe: 92. 1. 106. 1.

Terrarum Dea, gentiumq́ Roma, Mart. l. 12.
Cui par est nihil, & nihil secundum. ep. 8. 1.

Vin' credam Martialis,

—nulli nugarum laude secundo? Li 9. ep. 1. 5.

Non ego quod poscis, res negat ipsa tibi. Ep. 37. 8.

At volunt cœlestes, vt sit Roma, orbis terrarum caput; nullæ opes humanæ resistant Romanis armis. Credámne vni *Proculo*, dixisse *Romulum?* Credámne discerpto Romulo, si dixerit? Mihi ne credite, si illis credam. Liu. li. 1.

At verò,

Montibus his olim totus promittitur orbis; Ouid. Fast. l. 1. 517.

vt ſit nimirum Roma,

Met.li.15.445. *Quantâ nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.*

Lib.3.311. *— ſi credere dignum eſt.*

Credo, *Si qua fides—*

Lib.13.733. *— & ſi non omnia vates*
Ficta reliquerunt.—

Liu.dec.3.l.8. *Vrbs falsò Æterna* Liuio, ſi verè iuſtus Lipſius, cui tanto hiatu prædicatur *Roma-*

Lipſ.conſt.l.2.c.16. *na magnitudo*, quæ *ipſa ſibi obſtitit*: niſi vt Flacco:

Hor.l.4.od.4.61. *Non Hydra ſecto corpore firmior*
Vinci dolentem creuit in Herculem;

L.Flor.l.1.c.18. Prol. ſic Pyrrho, *ab angue Lernæo cæſa capita de ſanguine ſuo renaſcuntur.* Quin Floro, vt *Romæ infantia ſub Regibus, tum ſub Conſulibus adoleſcentia, dein iuuenta:* ſic *ſub Cæſaribus* Lib.2.c.19. *ſenectus, quâ decoxit.* Imò *vt anni priores aurei, paſtorij, innoxij, ſine flagitio, ſine* Lib.3.c.12. *ſcelere: ſic poſtremi erubeſcendi ferrei, cruenti, & ſi quid immanius, vt ne quid deſit turpitudini, quâ ſuis confecta viribus.* Quin potiùs citra hyperbolen in noſtram conuenit,

Liu.l.5.ad fi. quod de illa Camillus; *Non ſine cauſa dij hominesq. hunc Vrbi condendæ locum elegerunt; ſaluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehatur,*

quæ

quo maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates, nec expoſitum nimiâ propinquitate ad pericula claſſium externarum: ad incrementum Vrbis, natum vnicè locum. Et quod Ammianus, *Tempore quo primis auſpicijs in mundanum fulgorem ſurgeret victura dum erunt homines, vt augeretur ſublimibus incrementis, fœdere pacis æterno Virtus conuenit atque Fortuna, plexunque diſſidentes: quarum ſi altera defuiſſet, ad perfectam non venerat ſummitatem.* Et quod Eutropius: *Nec minor ab exordio, nec maior incrementis vlla.* Et quod Virgilius, ſi non *Læta Deûm partu,—* at *Fœlix prole virûm.—* Niſi quaſi Metellus *infœlix dici non debeat, fœlix non poſſit*: nam *nulla fœlicitas, quam rumpat contumelia; etſi nulla, quin rumpat:* quaſi Sylla ſit *fœlix, ſi eundem & vincendi, & viuendi finem habere poſſet.* Nam *dies de die iudicat, alius de alio, ſupremus de omnibus; credendum nullis.* Ergo addam, vt Maro,

Noſtra hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Am. Marc. l. 14.

L Flor. prol. lib. 1.

Eutr. hiſt. Ro lib. 1. p.

Vir. Aen. l. 6. 787. 788.

Plin. N. H. l. 7 cap. 43. Cap. 44.

Vel. Paterc. lib. 2.

Plin. lib. c. 40.

Vir. ecl. 1. 25.

At

Eraſchil.3. c.7.ad.1. Liui.l.1. Flo. l.1. At Romæ Aquila inſigne imperij. Quin Lupa potiùs? nam naſcenti nutricia: quin Vultur? nam regendæ, nominandæ augur. An quia vix alterutra tam rapax, vorax, quam Aquila? Agnoſco δωροφάγον, δημοβόρον. At iſta γήσιος. Θηρευτὴς ſcilicet, qui carne iunior, ſanguine paſcatur ſenior. Vocem audio exanimatricem quæ perterreat: oculos video exploratorios, qui perrimentur: pennas lego erodentes, quæ depaſcantur alias, vel mortuæ: & hoſtis vt ſit omnium, & neminem non hoſtem habeat: vt & ſit nulli vſui, & vertat cætera in vſum ſibi. At eſt — *miniſter fulminis:*— bruti fortaſſis: Ioui ſacer; prophano ſcilicet. Sub Aquilâ ſit miles populator populus: Nos gloriemur Cruce gloriosâ, cui adhæreſcat pugio, & index fortitudinis, & vindex libertatis. At Roma *Regum patria*, vt hæc regina alitum: *tales ſunt omnes Romæ Senatores, qualis Epyri Pyrrhus vnicus: Senatus, regum conſeſſus.* Ille nimirum Aquila; & iſti (mirum) aquilæ: —*Iouis armigeri.*— Romana (fateor) reſpublica, ſeu democratica, ſeu oligarchica (vix enim politicam, nedum ariſtocraticam conceſſero, ſed mixtam facilè, malam facillimè) non ſuis contenta, ſed alienis

Nic.Fran. dial.6. Plin.N.H.l. 10.c.3.4. AElian.an.l. 9 cap.2. Ar hiſt.an.l. 9 cap.31. Geſn.l 3 aq. H. Hor l.4 od.4 1. Londini inſignia. Eutrop.l.2. Iuſtin.lib.18 Flo 1.18. Plut.Pyrrh. Liu.lib.9. Virg.AEn l.9.564. Mach. in Li. l.1.c.2. Bodin rep.l. 2.cap.1.

alienis inhians, ex plebe Dictatores, Conſules, Imperatores creare, promouere, illuſtrare aptior; vt ſummos infimi attollerent, ſummi ſeruirent infimis; vt imperarent orbi Cæſares, regibus Conſules, ſupplicarent plebi Conſules, militi Cæſares. Londinum verò ſub terreſtri Deo, naturæ proregina, εὐταξίας ornamento, incolumitatis columna, ſacrâ anchorâ, firmamento concordiæ, neceſſitatis ſceptro, dignitatis laureâ, antiquitatis exemplari, virtutis diademate, felicitatis gubernaculo, id eſt, Monarchâ, ſi non illuſtrius, at diuturnius; pacatius, non bellicoſius; beatius, non amplius. Lib 6. cap. 4.

Omnia plena Deo.—
— non hæc ſine numine Diuûm. Auſon. grat. act. Virg. Aen. l. 2 777.

Quòd ſi
Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex, Auſ. idyl. monoſ. 3.

ſi non *Deus*, *mortalis qui mortalem iuuet*; Plin. N. H. l. 2. cap. 7.

at ſint
— ἀνθρώπων φύλακες, καὶ δαίμονες ἄγνοι, Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. 122.
Πλουτοδόται, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήιον ἔχοντες: Ariſt. ep. ad Alex.

ſi regna πρὸς εὐεργεσίαν, καὶ πρὸς ὕβριν: ſi *Reges Dei adminiſtri ad hominum ſalutem*: ſi Plut. ad princ. ind.
regium ſit *multa poſſidere*, *multa impendere*; ſint Reges illi pluribus, pluribus qui benefaciunt.

Pom. Læt. Conſt. M.

faciunt. Non fulminator Ptolomæus, non accipiter Antiochus, non Demetrius expugnator: imò nec Manlius Imperioſus, nec Fabij Maximi, nec Scipiones Africani: imò nec Θέος per blaſphemiam, nec Σωτὴρ per antiphraſin, nec Philopator per ironiam; in nomen ex ignominiâ, famam ex infamiâ qui laborârunt. Qui bene multis faciendo certet cum noſtratibus (quod vnicum certamen pulchrum dixeris) Romanum vix inuenio: Romanos qui præcurrant, occurrunt noſtrates plurimi: mihi præ reliquis duo; duo eodem nomine, eodem ordine, fœlices Thomæ,

Lucan. l. 9. 202. Cato. de Pom.

—— clarum, & venerabile nomen
Gentibus, & multum noſtræ quod proderat vrbi:

vt veridicus de Magno: Whitus & Greſhamius; Londinenſium par aureum, par ſolis ſibi, reliquis hoc nomine quanto ſuperius? Eques vterque; ille ex munere prætorio, merito hic mercatorio. Vterque Mercator; ille pannarius, hic byſſinus. Vterque ſine liberis; vt nullos qui genuerat, innumeros adoptaret. Non ille Δόσων qui largiter promitteret, præſtaret ſegniter; ſed quàm promitteret, præſtaret priùs. Non iſte

Antigon. Δόσ. Plut. Aemil. Alcib.

iſte χρηστολογος, qui *benè loqueretur*, *malè faceret*; ſed faceret, quàm loqueretur melius. Sed ille Εὐεργέτης, pietati ab eleemoſynis: hic φιλάδελφος, doctrinæ à theſauris: plus quàm Mecænas, quàm Auguſtus, hic, & ille; non vnum, aut alterum, non Poetas, non ad vitam, ſed plurimos, ſed ἐγκυκλοπεραδευμένους, ſed in æuum, alit ſtipendijs, ornat honoribus, emolumentis ſubleuat. Pertinax Imp. Aur. Vict. & Iul. Cap. Ptolomæ.

Nec ſpes & ratio ſtudiorum in Cæſare tantum: Iuuen. ſat. 7. 1. Vir. Ecl. 1. 7.

niſi vt illi Cæſar Deus, ſic mihi iſti Cæſares. Whitus, demiſſus cœlo ac receptus candor, quod nemo vnquam Cæſarum, vrbium in patria viginti quatuor, quâ charitate? ditauit æraria; quâ magnificentiâ? prouentibus, dum ipſæ erunt, duraturis: quâ prudentiâ? Collegium Oxonij ſi numerentur ſocij, vno excepto, maximum; ô bonitatem; ſi prædia, non minimum, ô benignitatem; ſi ſtudia, non poſſimum, ô fœlicitatem: ſolus, hoc ſæculo, Muſis (quid dico Muſis?) Deo dicauit: ô pietatem pluſquam Cæſaream! Greſhamius, in Londinenſium honorem editus, eique deditus, dignum Cæſare, dignum Pontifice, dignum

num Româ monumentum, Ianum medium, ita hâc illac prospicit; περισύλιον, ita columnis in circum spetiosis porticum quâcunque præbet spaciosam: Excambiũ, sic negotiantibus est vsui; Regium, sic Vrbi est honori; imò sic dici voluit quæ nouit vnicè, quid dicat Regium; extruxit sumptu planè regio, instruxit animo penè Cæsareo. Maiora Cæsares vt struxerint, at sibi, nõ patriæ; gloriæ, non vsui; suæ libidini, non libertati alienæ. Hic, magis vt rei prosit publicæ, quàm famæ ne desit suæ, adiungit monumento vix mortali, professionis literariæ hoc immortale munimentum: τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθίαν, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμον. Fortunâ sic vsus suâ, *prouidentiæ filiâ, virtutis comite, sorore iustitiæ, diligentiæ contubernali, matre beneficentiæ*, suam vt alijs communicaret; eam vel auxit communicando, vel magis fecit suam. Poeta enim leuior, & ethnicus, si scripserit,

Eliz. Regin. anno.

Diog. Lang. l. 3. ep. 6.

Fortuna my. elog. Gref. Plut. fort. Rom.

Extra fortunam est quicquid donatur amicis,
Quas dederis solas semper habebis opes:

Martial l. 5. ep. 43. 7

quin grauis dicat Christianus, quod sanè semel

ſemel dictum volet,

Hoc habeo quodcunque dedi: — Sen ben.l.6. c.3.p.

idque non ſemel, ſed aſſiduò, dum ſpes eſt fructus, dum ſubſidijs opus? O quantum habere poteris, ſi volueris! maiore laude, minore inuidiâ. Exempla in omni æuo rara, in iſto rariſſima: quo Lipſius conqueritur, (an iuſtus, ipſe viderit) *deſiſſe homines non modò laudanda facere, ſed laudare.* Quos ego titulos alterutri? ſed *virtus ipſa ſibi titulus*; & *benefaciendi fructus, benefacere*; *prima & maxima virtutis pars in agentem redit*: quas gratias? ſed optima refertur gratia: πάντες γὰρ αὐτὸν ἐπαινοῦσιν, ἐφ' οἷς ἔπραξε: quam mercedem remetiar? eſt *benefacienti definitus in cœlo locus, vbi æuo fruatur ſempiterno.* Alter Ciconiam tanquam in ſceptro regio, alter Cicadam tanquam Attico in diademate cùm præferat, à Ciconia pietaticultrice, φιλοστόργῳ, ἀντιπελαργεῖν vt didici; ſic à Cicada Muſis ſacra, Muſis quæ cantum refert acceptum,

Lipſ.l.2.ep. 70.

Petr.rem. forr.l.1.cap. 46.

Lib.2.cap.28

Plut.10.ora. Lycur. Cic.Somn. Scip.

Whiti Ciconia.

Greſham Cicada.

Eraſ.chil.1. cen.1.21. 10.1.

— ἀγορητὴς

Plat. Phædr.

Ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος —

Diog.Laer.

ſi ero, ſeu non ero,

Non erimus regno indecores, nec veſtra feretur

Vir.Aen.l.7. 231.

Fama

Fama leuis, tantiq; abolescet gratia facli.

Ario. Orl. c. 34. ſt. 77. 7. Quin concinemus potiùs, non (vt loquuntur Itali) *cigale ſcoppiate*, nec verò

Ariſt. anal. poſt. l. 1. 19. τέρετίσματα (niſi ſic nomines ideas Platonicas, quas alij myſteria) ſed vt Homero Troiani proceres

Hom. Il. l. 5. Pier. hier. l. 6 —ἀγορηταὶ —Ἐσθλοὶ πεπίγεσσι ἐοικότες— —ὅπα λειριόεσσαν ἱεῖσι:

vel vt Aegyptijs hieroglyphicis non modò

Alciat. emb. muſici (etſi Dijs curæ muſicam Cicada docuit, quæ olim inſedit citharæ) ſed planè myſtici, ſacris initiati, Anacreontica vt recinamus:

Anacr. Μακαρίζομέν σε τέττιξ,
Σόφε, γηγενὴς, φίλυμνε,
Σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι,
Θέρεος γλυκὺς προφήτης·
Φιλέουσι μέν σε Μοῦσαι,
Φιλέει δὲ φοῖβος αὐτός.

Iou. Pontan. *O fœlix ortu, interitu fœlicior.* —

De Roma igitur (vt inde ad nos redeam) Satyricus fortaſſis verè

Iuuen. ſat. 3. 21. —*quando artibus inquit honeſtis*
Nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborum:

Petron. Arb. & æquus ille forſan Arbiter, *Diuites odiſſe literatos, & neſcio quomodo bonæ mentis ſororem*

rorem paupertatem. In noſtra, non dicam

Quod non dant proceres, dabit hiſtrio; — Iuuen. ſat. 7.90.
ſed *cannunt cygni:* nunquam ſuauiùs: cauſam Politian. ep. ad Med.
quæris? *ſpirat Zephyrus*: riui Heliçonij ſcaturiunt; nuſquam limpidiùs: cauſam quæris? Aganippen aperuit alatus Pegaſus: terra fert flores literaria; quid pulchrius? cauſam quæris? *à Conſulari curatore colitur*: imò fert fructus; quid vberiùs? cauſam quæris? *laureato vomere perſtringitur.* Plin. N. H. l. 18. c. 3.

— ſunt hîc ſua præmia laudi. Vir. Æn. l. 1. 465.

Sunt Mecænates: non deerunt (ſpero) Marones. Mart. l. 8. ep. 56. 5.

Hunc noſtri exhibent honorem literatis, fructum vt ab illis metant. At Hippocrati maiorem Græci, Democedi Darius, Dionyſius Platoni, Alexander Ariſtoteli, Archelaus Euripidi, Pompeius Poſſidonio, Octauius Areio, Antoninus Apollonio, Iulianus Maximo, Gratianus Auſonio, Trajanus Plinio, Romani Muſæ medico & Proëreſo rhetori. At vel ſinguli, vel ſingulis, vel maiores forſitan maioribus. Hunc noſtri fructum emetiuntur literatis, aureos nimirum annuos centum ſexaginta ferè ſeptem, honorem ab illis vt reportent. At mille Antoninus, qui minimum, bis mille Plin. N. H. l. 7. c. 37. Lang. l. 2. ep. 23. Lib. 3. ep. 6. Solin. pol. c. 7. 14 Cæl. A. l. l. 21. c. 33.

Suet Vesp. c. 18. Epist. Pæt. Artax. Art. Histan. Soran. vit. Hip. Fuschs. Inst. l. 1. s. 1. c. 2. Plin. l 29 c. 1. Heur. mod. stud. c. 1.

& quingentos Vespasianus alioqui parcus vel minimis, & Saleio Basso Poëtæ vná donatione 12500. Pompeius Rhodi quos audiret singulis talentum auri: auri Artaxerxes Hippocrati quantum vellet; honores Herculeos, coronam auream, in Prytaneo alimenta, & ipsi & posteris, Athenienses. Quin medicis Cæsares sestertia ducenta quinquaginta annuatim, cum professoribus alijs sola centena erogarent. Ab illis illo nomine Stertinius, vt & frater Stertinij, accepit sestertia quingena annua, seu duodena millia & quingentos aureos, & è priuato quæstu sexcena, seu dena quina millia, in annos singulos. Sic à Boetio Galenus aureos dono quadringentos; à Ptolomæo (vel vt alij Antiocho) Cleombrotus (vel vt alij, Erasistratus) talenta centum, seu (Heurnius vt supputat) sexaginta aureorum millia: à Lodouico Galliæ vndecimo decies mille Cauterius (non magni nominis, nisi hoc ipso vteret) in menses singulos: Polycletes à Phalaride ex puro auro phyalas quatuor, argenteos crateras duos, Atticorum argenteorum quinquaginta millia, & alia. Sic AEginetæ Democedem talento primùm conduxerunt, Athenienses anno

Lang ib. Plin. ib. l. 7.

Comin. l. 6. c. 12.

Herod. Thal

anno tertio centum minis, quarto Polycrates talentis duobus: demùm Darius mẽſâ dignatus, maximis ædibus, & rerum affluentiâ. Quin Petrus Aponenſis Conciliator, quantum conciliauit? Thaddæus Florentinus vt effloruit? quinquaginta Florenis aureis in diem euocatus, ab Honorio Pontifice exegit centum, & decem millia reportauit. Sal. Sclz. præf. in apll. Heur. ib. Zuinger.

Tunc par ingenio pretium, tunc vtile multis
Pallere. — Iuuen. ſat. 7. 96.

Ænæas noſter itidem, non in re ludicra, ſed ſeria, nec tam ad commemorationem mortuorum, quàm ad viuorum commodum,

Inuitat pretijs animos, & præmia ponit. Virg. Aen. l. 5. 292.
— *quis enim virtutem amplectitur ipſam,*
Præmia ſi tollas? — Iuu. ſat. 10. 142.

vt nec ſit opera ſine emolumento, nec emolumẽtum ſine opera: etſi Virtutis quàm Honoris, meriti quàm præmij, ſit antiquius collegium, templum exterius. Eſt honos quidem præmium, fulgidum, ſed euaneſcens: præmium pecunia, aliquod, ſed impar. Liu. l. 5. Auſ. grat. 29

Gloria quanta libet quid erit, ſi gloria tantum eſt? Iuu. ſat. 7. 81

Athalaric. de ſtip. ſolu. profeſ.

Quod ſi Rex Barbarus prouiderit, quin magis conſulat Vrbs vrbium cultiſſima,

H. Iun. Philippeid.

Larga vbi fœcundo rerum vndat copia cornu,

ne animus docentium curis duabus diſtrahatur, legendi, diteſcendi:

Iun. ſat. 7. 65

Pectora noſtra duas non admittentia curas.

Laert. Ariſtip. l. 2.

Sic enim acceſſimus, vt Syracuſas Philoſophi: *quæ habemus, impertimus, vt quæ non habemus, recipiamus.*

Ouid. triſt. l. 1. el. 8.

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam.

Plat. Axioch.

Sic docemus, vt Prodicus; *manus vt manum lauet; detis, accipiatis.*

Mar. l. 1. ep. 108. 7.

In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.

Werner. faſcic. Anno 791.

Sic profitemur, vt Bedæ quatuor diſcipuli ex Anglia, & ab Oxonio. Lutetiam allecti, *venalem ſapientiam* vt habeamus.

Ou. Faſt. l. 6. 665.

Dulcis erit mercede labor.——

Paul. Aemil l. 7. Anno 1230. Anno 1411.

Sic adſumus, vt illi ab Henrico tertio Pariſijs Oxonium, honorum, vacationum, emolumentorum ſpe magnâ euocati, à Diuo Lodouico, Oxonio Pariſios, maiore reuocati. Sic denique excipiendi, vt qui à Iacobo primo ad Sancti Andræ, non dico ſacerdotijs, non dico magiſtratibus, dico ſtipendijs, dico ſuffragijs remunerandi, pro diſcentium, docentium, facultate dignitate.

te. Sic iura Piſis profitentem Decium millequingentis aureis; mille ducentis iura legentem Alciatum Biturigenſes; Mercurialem medicinæ prælectorem mille ſeptingentis donârunt Florentini annuis. Nec pauciores ferè numerant, quàm mille, cuiuis profeſſori publico, præter indulta alioqui priuilegia, priuatos quæſtus, non modò extra Angliam celebriores Academiæ, ſed vrbes nec prægrandes, nec præluſtres. Vrbs grandis igitur præ cæteris, præ cæteris illuſtris videat, quid in his agat. Hic verò metus ſubit, ſi Tarſis ἐγκυκλοπαιδείαν ſcholam aperiat, vt & diſcant indigenæ, Athênas ne Tarſi ſuperent, & Alexandriâ: & vt Romam Athenis Academia,

Strab. geog. l. 14.

(*Quando conceſſit victas victoribus artes*
Græcia, facundum, ſed malè forte, genus)

Ouid. faſt. l. 3. 101.

Româ Lutetiam tranſlata dicitur, cum Magnus humiles, noſtrates Gallus, ſcholares Imperator accerſiuit Carolus: ſic ne Londinum migrent Oxonium & Cantabrigia, cum alibi in Anglia habentur lectiones publicæ, quàm vel Oxonij, vel Cantabrigiæ. Siccine? ſcientiæ num poſſunt eripi? num ſurripi? num diſcedunt à ſuis, à ſuis non neglectæ? num imminuuntur, quia

Werner faſc. ib.

communicantur? num ibi cadunt, quia hîc
Plin.l.3.ep.9 ſurgunt? Vt *gloria in ſtudijs*, ſic ipſa *ſtudia* num ἀκοινώνητα? Siccine qui pleno flumine, qui primo fonte ſe ingurgitant, alijs ſi bibitur ex imis riuulis, num ægrè ferunt? Nũ inſtar trutinæ Oxonium deprimitur, Londinum ſi attollitur? Cantabrigia num inſtar ſtagni exhauritur, ad Londinenſes ſiquid deriuatur? Num illis detrahitur, quod his adijcitur? Si

Ouid.Met.l. 8.13. *Inter vtrumque volat dubijs Victoria pennis*, quin Athenienſes interuellunt plumas inconſtanti Deæ, ne auolet? quin Martem
Pauſan. Achai. Spartani vinculis conſtringunt dubium, ne abeat?

Oui.art. am. l.3.93. *Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi?* Nec ſcintillam ex lumine, nec guttulam ex fluminẽ? Duriùs, quàm cautiùs.

At —*magna res Danaos mouet;*
Sen. Tro. act.3. *Futurus Hector: bella Telemacho parat.*
— hæ manus Troiam erigent?
Nullas habet ſpes Troia, ſi tales habet.

At herba in culmo ſuccidenda, ne matri par excreſcat,

Vmbraſq; terris reddat, & cælo nemus.

Immite facinus: ah ne ſuccidite.

Vir.Geori.l. 2.363. *Parcendum teneris:—*

clamat

clamat Georgicus, acclamat vel Satyricus. Iuu. ſat. 14. 235.

Seruire liceat: aliquis hoc regi negat?
Hìc claſſis hæret.—
— augur hoc Calchas canit? Sen. ib.
Futura longo temporum tractu canit:

aut ne futura. Si futura, quí tollet? ſi non futura,

Cur timet Vlyſſes, quos facit Calchas metus?

Μάντι κακῶν — Hom. Ilia. a

At ſalus vertitur; abſit, vt patiar: imminet periculum; abſit, vt faciam. At ſi *Stamfordiæ* non liceat, cur liceat Londini magis? Quia *Stamfordiæ* cauetur iure ſtricto, Londino non cauetur. *Non legendum Stamfordiæ, tanquam in Vniuerſitate, Studio, aut Collegio generali.* Quin ita Londini nondum legitur. Vt ne ſint priuilegia, non erit Vniuerſitas: priuilegia & iuris inter ſe dicendi, & iuſiurandum exhibendi, & gradus concedendi, & magiſtratus creandi, & ſtatuta promulgandi, & Collegia inſtituendi, & immunitatibus fruendi multiplicibus: eaque vel à Principe, eoque αὐτοκράτορες, vel à Republica, eâque αὐταρχεῖ, indulta priuilegia. Nam quod ſunt leges ciuitatibus, animæ corporibus, fundamenta ædificijs, Stat. Oxon. Middendorp. Acad. lib. 1. c. 1.

Seb.Fox.reg l. 2. ficijs, radices plantis, elementa mixtis; id Academijs ſunt priuilegia. Sine his legitur? ſchola eſt, & ſchola fortè triuialis, nihili; non Vniuerſitas. Sine his viuitur? cœtus eſt, & fortè illicitus; non Academia. Schola ſe dicat Academiam?

Iuu. ſat. 8. 31 —*ſic nanum Atlanta vocemus,*
Æthiopem cygnum, paruam extortamq; puellam
Europen.—

Vniuerſitatem ſe quiuis cœtus prædicet? quin Vniuerſitas ſe Vniuerſum pariter, Senatum ſcenula. At erit Londinum Academia. Ariolari diſplicet.

Sat. 6. 566. *Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit.*

Mart. l. 12. ep. 94. 3. *Difficile eſt cuiquam, mores narrare futuros:*
Dic mihi, ſi fias tu leo, qualis eris.

Eurip. Hippol. Οὐμάντις εἰμὶ τ' ἄφαντ' γνῶναι σοφῶς.

Erit potiùs, ſi pateris, ſi proficit, Oxonij prouincia, Cantabrigiæ ſeminarium, Vlyſſem vt excipiat, emittat Neoptolemum:

Vir. Geor. l. 3. 82. *Miretur q; nouas frondes, & non ſua poma.*

Rebuff. ad 6 &c. Cùm enim, vt *gradus non ſufficit ſine ſcientiâ*, ſic nec ſcientia ſufficiat ſine gradu, ad homines de iure, pro more, imò pro merito

rito promouendos; tum à nobis hoc loco, literarum excitatur ſtudium; vix literis ſtudetur, niſi ob præmium; nõ obtinetur præmium, niſi ex gradu; non conceditur gradus, niſi ſuffragante Academiâ, idque poſt ſtata tempora, poſt exantlata exercitia, poſt exauditos ibidem prælectores: ex quo relinquitur, vt petant Academias, in illis gradum, ex iſto fructum, maiore cum frequentiâ, profectu meliore. *Sublatis* enim *ſtudiorum pretijs, etiam ſtudia pereunt; omneſq́, incenduntur ad ſtudia gloriâ*; & Tacitus, & Tullius ſi rectè iudicant. Quin ſi Londinũ antehac, ſi non *Ægyptus, mater Artium*, non in Aegypto *Alexandria, vniuerſæ doctrinæ officina*; at vt *Berythus, legum nutrix*, &(ſi verè noſtras, qui ſolet veriſſimè, vt poteſt politiſſimè)

Tac. anna. lib. 11. Cic. Tuſc. quæſt. l. 1.

Macrob. Baſil. Middend. Acad. l. 2.

Sit noua doctrinis Lutetia, mercibus Ormus;
ſerò, inquit Nero:

Camd. Brit.

Suet. Ner. c. 49.

Ad poſſeſſa venis præreptaq́, gaudia ſerò.

Ou. epi. Hel. Sen. Epiſt.

Scientia præcluſa nemini, admittit omnes; vt nec cenſum, nec ſexum eligit, ſic locum & modum negligit, modò eluceſcat. Tam durum ſit aſtringere vagantem liberè, quàm turpe non agnoſcere merentem optimè. Quin

ſi

si scholæ Vintonienſis, Aetonenſis, Veſtmonarienſis, & tot Londinenſes; ſi Medicorum, ſi Iuriſtarum tam ciuilium, quàm municipalium Collegia, Cœnobia, ſi Cathedralis Eccleſia, ſi prælectiones tot Theologorum celeberrimæ, tanti Medici doctiſſimæ, talis Mathematici clariſſimæ, etſi iam diu fuerint, tantum abeſt vt obfuerint, vt Academijs haud ſciam an quid magis profuerit; non eſt, profectò non eſt ab iſtis metuendum; quibus quid additur, quid agitur, niſi exteris vt ſatisfiat magis, poſteris vt conſulatur meliùs? Nempe cùm nô-
rint exteri, vt olim Perſis ἐλευθερίαν ἀγορὰν, in qua & regia, & prætoria, & curiæ, & ſchola publica: vt deinceps Alexandrinis Serapium, in quo & porticus ſtadio maiores, & forum iudiciale, & luci, & gymnaſium pulcherrimum: ſic hodie in Ciuitatibus Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hiſpaniæ præcipuis, non modò mercaturam, artificia, ludos, iura exerceri, ædificia conſpici, proceres, iudices, ciues obuerſari, nummos erogari, corrogari; ſed literas humaniores, iuriſprudentiam, medicinam, Theologiam ſic diſci, ſic doceri, vt ament, qui intelligunt; qui non intelligunt vt admirentur:

D. Forſter. D. Hood.

Xenop. Cyr. pæd. l. 1.

Strab. Geor. l. 15. Lib. 17.

rentur: Londinum illi cùm inuiſant, vt Britanniæ epitomen, emporion, cui inſint optima, vix deſint minima; quin paria quæ proſint adiumenta, ornamenta quæ delectent, quæ memorentur documenta, quæ collaudentur monumenta, Londini contuentur? O tam velint tueri, quàm poſſunt contueri. Nos autem Timon rideat μισάνθρωπος, (homines qui oderit, homines quẽ oderint) quòd hoc Muſarum in calatho, aſi Muſæo Alexandrię, vt aues, ſed illæ quidem pretioſæ, nutriamur. Faxint, ô faxint boni, benè nutriamur. Nos verò canimus, (niſi quod hodiè

Athen. dipn. l. 1. c. 17. Midd. Acad. lib. 2. Alex.

—*argutos interſtrepit anſer olores*) Vir. ecl. 9. 36.

quod bonis fiat auibus, laudes in primis Deo, tum Greſhamio, tum Ciuibus: Deo, quòd dederit Greſhamium; Greſhamio, quòd tanta Ciuibus; Ciuibus, quòd iſta nobis. Ego in poſterum ſic modulabor, vt mihi & menſura, & magiſter ſitis Auditores. *Dixi.* Plin. nat. hi. l. 35. c. 10. Laert. l. 4. Carn.

Ora-

Oratio ſecunda:

Seu prælectio nona, cùm reſumerentur *lectiones poſt Natalitia.*

Paulin. ad Auſ. ep. 11.

Veri, boniq́, fomitem, & fontem, Deum
Rogemus, vt nos inſtruat vero, bóno
Augeat; honori quod Deo, vobis, mihi.

Vita breuis. Hip. aph. 1. ſ. 1.

Sen. ep. 58.

Plat. Cratyl.

DE vita breui tranſigenda, quod ex Platone Seneca, ex Heraclito dixit Plato, de pertractanda idem à nobis dici poteſt: *In idem flumen deſcendimus, & non deſcendimus,* Δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης, bis non deſcenderis. Nam *idem nomen, aqua tranſmiſſa:* à mari oritur, ad mare labitur, in mari clauditur.

Mur. ann. in Sen. ib.

Mont. eſſa. L. 3. c. 13.

Touſiours l'eau và dans l'eau, & touſiours eſt-ce

Meſme

Meſme ruiſſeau, & touſiours eau diuerſe:
vt de inuentionibus, interpretationibus, inquiſitionibus ſcitiſſimè *Sieur de Montaigne.*

— ſic vnda impellitur vndâ, Ou. Met. l. 15
Vrgeturq́, prior veniente, vrgetq́, priorẽ. 181.
— ſic quod fuit antè, relictum eſt 184
Fitq́, quod haud fuerat.—
Nec manet vt fuerat, nec formam ſeruat 170.
eandem,
Sed tamen ipſa eadem eſt: —
vt vel poeticè Philoſophus, vel philoſophicè Poeta. Eſt idem, de quo dicitur, idem qui dicit; *ſi quis ſit idem hodiè, qui pridiè.* At non idem quod dicitur: quin nec eodem modo. Modus non idem non eandem materiam: quin eadem materia fert non eiuſdem modum. Ita idem Alpheus Pythag. ib. Sen. ib. & 120. f.

(— longi patiens erat ille laboris) Ou. Met. l. 5. 611.
è Peloponneſo in Siciliam, per campos, montes, ſaxa, rupes, per Olympia, per mare, per terras, nunc merſus, nunc emergens, dilectam Arethuſam inſecutus, aſſecutus: nam Plin. N. H. l. 2. c. 103. Lib. 30. c. 5. Nat. Com. myth. l. 8. 21.

— nec ſtudioſius altera ſaltus
Legit, nec poſuit ſtudioſius altera caſes. Ouid. ib. 578
Fons, radix, caput, vno nomine; riuuli, rami

rami, membra, non vnâ ſpecie. Vitæ breui ego genui, peperit mihi Vita breuis, ijdem parentes, quatergeminos gemellos, quàm diſſimiles, produximus; & producemus, ſpero, totidem non minus dignoſcendos. Vita quid dicat, eſt in primis dictum. Vita cur breuis ſit, allatæ cauſæ, ſupra naturam, Deus; intra naturam, phyſicæ, Cœlum, Natura; medicæ, vel naturales, *viuendi cauſæ, mortis viæ* (alicubi vt habet Seneca) elementorum contrarietas, temperamentorum inæqualitas, partium diuerſitas, humorum varietas, ſpirituum agitatio, caloris actio, humoris paſſio, facultatum defectio, ſeminis coinquinatio; vel minùs naturales, ſeu internæ, ſiccitas quæ exedat, ſubſtantia quæ effluat, excrementa quæ inundent; ſeu externæ, non modò minus neceſſaria, fortuita, quæ alterent, diuellant, vulnerent; ſed magis neceſſaria, aeris contagio, ventorum inſalubritas, tempeſtatum intempeſtiuitas, locorum inamœnitas, aquarum iniucunditas, ciborum ingluuies, potuum ingurgitatio, egeſtorum abſumptio, retentorum oppreſſio, mouendi fatigatio, quieſcendi hebetatio, vigiliarum exciccatio, ſomni obſtupefactio, affectionum

Sen. epiſt.

num animi infectio, omnium πόσον, ποῖον, quantitas, qualitas: præter naturam denique morborum oppugnatio, morbi causarum impetus, symptomatum exacerbatio. Dum illæ sigillatim pertractatæ, quis non φυσιολογίαν; dum istæ, quis non ὑγιεινὴν; dum hæ, quis non παθολογίαν; dum omnes, quis non, qui omnes audijt, omnium vidit αἰτιολογίαν perlustratam? Ita nec methodus profectui, nec methodo profectus defuit; vt olim *nec duci miles, nec dux militi.* His quasi fundamentis in molem subnixa assurrexit Vitæ breuitas: Liu. dec. 1. l.

— *nunc ducere muros,* Vir. Aen. l. 1. 427.
Moliriq́, arcem, & manibus subuoluere saxa
Instat opus. —

Causis succedunt quæstiones: Vitam breuem ostendit mortis necessitas, mortis necessitatem vitæ periodus; vitæ periodum, ad illam pergere, vltrà non posse. Quæstiones eo lubentiùs intexo, quod ἀρχὴ cùm sit non tam ἔρωτος Platoni, quàm εὐπορίας Aristoteli ἡ ἀπορία, tum eum Aristoteles monet διαπορεῖν, qui velit εὐπορεῖν. Τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις πρῶργου ἐστι διαπορῆσαι καλῶς. Plat. sympos. Ar. ani. l. 1. c. 2. p. Libau. Antigraman.

λῶς, ἢ δὲ ὕστερον εὐπορία, λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστὶ. Nec tamen nihil aliud; ne ἀπορητικὸς, ζητητικὸς, quæstionista, *Perche*, dicar: nec me tenet *fatalis* illa Senecæ *ingeniorum* Sen. *scabies, vt disputare* malim, *quàm viuere*: nec omnes ne nimius; nec nullas, ne minutus; nec obtritas, ne vulgaris; nec recentes, ne nouitius; nec leuiusculas, ne πάρεργος; nec prægraues, ne audiam περίεργος: sed duas selegi de vita quæstiones, rei non incommodas, vobis non ingratas, mihi non ineptas: alteram, an vitæ determinata sit periodus; alterã, an possit vita prorogari ad periodum, vltra periõdum; vtramque contra Paracelsum de vita longa somniantem magis, quàm scribentem; quantum res feret medica, è medicis; sic medici vt ne dissentiant à veritate theologica. Si enim Aristoteli ethnico in causa ethica, mihi Christiano magis in medica, ferè theologica, quin & in omnibus, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν, religio præferre veritatem. Sed hanc ego palæstram priusquam ingredior, non tam vt Græci in Olympico certamine, in ludis Circensibus Romani, de summorum hominum virtutibus dicendum ex more censeo; quàm ex re nata, ex tempo-

Ar. eth. l. 1. c. 4. p.

ris

ris & loci ratione, ex audientium ſolennitate, de concelebrando Fundatoris inſtituto, de fundatione iſtàc conſeruandâ, nonnihil prælibandum. Nomen clariſſimum inſigniſſimi Equitis Thomæ Greſhamij, etſi his ipſis ædibus, quaſi in illa Ἐπιφανῶ porticu, vocem ſepties quæ reddidit, ita clarè ſonuerit à Septemuiris tum primùm inauguratis editum, vt mirum parietes ni reſonare didicerint: vt dicta ſint & plurima, & maxima; & plura tamen & maiora prætermiſſa. *Vt à Platone Socrates expreſſus mirabiliter; de illo tamen Tullius quiddam diuinius & maius ſuſpicatur.* Nec enim par ſit

Plin. N. H. l. 36. c. 15.

Cic. de Orat. l. 3.

— *centeno gutture niti:*

Perſ. ſat. 5. 6.

nedum ſepteno ſufficiat; quàm impar vnico, anguſto, rauco? Cum tamen intermiſſa renouentur ſtudia, prima celebritas cùm renouetur, primas qui partes teneo, nec ſine prologo, nec prologus, nec Poetam defendo, nec argumentum proloquor, nec attentionem deprecor, nec totus ſalutem precor: ſed Delphis Apollo, Spartæ Hercules, Athenis Athenienſes cùm laudandi, poma Alcinoo, Floræ corollas, noctuas Athenas mitto. Exemplum ſcilicet cùm fecerit,

Plut. Menex.

cerit, exemplum ipſe omni maius exemplo, noſter Greſhamius. & ad mortem è vita, quàm improuiſò diſcedatur; & in vita de morte quàm prudenter cogitetur, in altero humanæ βραχυβιότητος, in altero pluſquam humanæ μεγαλοψυχίας, tum præbet inde prælegendi, hinc perorandi argumentum; illud proximè, hoc hodiè. Miles erat, *militari*; Mercator erat, *nauigari*; homo erat, *ad mortem tranſiri*, ſenſit viuus, docet mortuus; hoc ipſo nomine, quòd viuus, mortuus. Miles nomen dedit, meruit ſtipendia, *collegit vaſa*, mortem (non dubiam exhorruit, ſed) certam expectauit, nō niſi ab *omnes & omnia vincente* victus, quin imò ab illam & reliqua vincente Deo, donatus rude, imò laude, imò cœleſti laureâ. Mercator, negotiatus eſt; nos bonis alienis, alios beauit noſtris; confecit tabulas; *tributa vitæ* numerauit; in numerato habuit quod debuit; exoluit *naturæ debitum*, *quod ante illum omnibus, poſt illum omnibus contractum, perſoluendum*. Homo, *humana paſſus, conditione quâ nemo non; nec refert quando paſſus, quod quandoq; paſſurus; cum vitâ fecit paria; vitæ expleuit officia, & id in illis, mori*. At verò cum *pleriſq; mors vitæ ſtudium præ-*

Sen. epiſt. 96. f. 70. p. 30.

19. p.

Petr. rem. fort. l. 2. c. 118. 120.

Sen. epiſt. 77. 96. 101 30.

Conſtad Pol. c. 21.

præuertat, longa conantes opprimat, & in ipſo vitæ apparatu vita deſtituat: non illi, vt Didoni, Conſ. ad Marc. c. 11. f. vit. br. c. 1. p.

— *pendent opera interrupta, minæq;*
Murorum ingentes; — Vir. Aen. l. 4 88.

ſed planè cùm ſciret (nec enim iſta neſcijt, neſcire potuit,

Qui mores (mortes) hominum multorum vidit, & vrbes) Horat. art. poetic 143.

naturam quicquid compoſuit, reſoluere; mortem per omnes ire, omnes ad mortem; ab omni ævo corruiſſe, corruere in omne ævum; tam mori, quàm naſci, naturale; ſe mortem vitare magis non poſſe, quam vitam per ſe accerſere; Sen. epi. 93. f. 30. Lipſ. conſ. l. 1. cap. 15. Merul. mem. l. 1. c. 7.

cùm omnia ſucceſſerant, reſtare vt gauderet, imò vt moreretur (nam *naſci cui contigit, huic reſtat mori; quiſquis ad vitam editur, ad mortem deſtinatur; omnes, & omnia in diem ſpectant vltimum*) *mortalitatis extendendæ, imò in immortalitatem vertendæ,* (Seneca vt loquitur) *vnam inuenit rationem;* Sen. epiſt. 99 Conſ. ad Pol c. 30. Br. vit. c. 15.

nec tã ad tempus viuere, quàm *vitã* quæſiuit *illam, quã ſemper viuitur*; quæ etſi hîc non ſit, tamen hic quæritur. Petrar. ib. e. 120.

—*ſic itur ad aſtra.* Vir. Aen. l. 9. 641.

Nec tamen vitam mortis metu, nec mortẽ vitæ curâ conturbauit; ſed verè philoſo- Montaig. eſ. l. 1. c. 20.

Gal. Mar. pro doct. c. 20.

phatus, vitam ante mortem consummauit, in vita non cogitando solùm sed conando, nec conando sed conficiendo, quibus ille in alijs, ex illo alij post mortem illius viuerent. Quam illi testatur mentem testamentum? quod si pro lege sit habendum, quia testamentum, quòd vt *in actis publicis nihil est lege grauius*, sic *in priuatis firmissimum est testamentum*, tum eo certè magis, quia sic pium, prudens, publicum; vt nihil magis. Pium, nam plurima in vsus pios: prudens, nam quid non consultissimè? publicum; nam maxima in publicum. Quia pium, colatur religiosè: quia prudens, obseruetur studiosè: quia publicum, concelebretur gloriosè. At magis fortasse pium, si legasset omnia Ecclesijs, orphanotropheijs, hospitijs; prudens, si militibus, aulicis: publicum, si publico ærario. Hæc qui obijciunt, hoc primum audiant: Sua, si possint, melius locent, ita non possunt. At illis aliena magis reprehendere consilia, extenuare benefacta, quàm non dico meliora, sed similia, vel meditari, nedum moliri, & facultas est, & animus. Hic siquid deficit, boni non malè augeant; augere si non libeat, ne lubeat minuere. Ideoque sic è cœlo Gresha-

Cic. Philip.

mitis,

mius, vt Socrates è carcere: *Si potestis bonos laudate; si minùs, transite. Nullum tam plenum beneficium, quod malignitas non vellicet: nullum tam angustum, quod non extendat interpres bonus.* Sen. beat. vit. c. 27. Benef. l. 2. c. 28.

Ἐν γυμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἀδεῖν χαλεπὸν. Solon.

Omnibus, in magnis difficile vt placeas: nec ipse Iupiter.—

Fert Noster igitur horum calumnias, vt *Poëtarum Iupiter ineptias.* Quod si Imperatori Pio interroganti, *Vnde has columnas porphyreticas?* non nimis malè Omulus, *Cùm in domum alienam veneris, & mutus, & surdus esto*: calumniantibus his homulis, *Quorsum perditio istæc?* quanto sic melius? quin aliter? quin alijs? Pius hic Noster quanto méliùs, vt magis pius, Aedes has nostras quicunque inuisitis (inuisite, qui vultis) aut linguis fauete, in sacris vt dicitur, aut fauete studijs, à bonis vt agitur: aures aut ad calūnias occludite, aut ad laudes arrigite. Habent hic optimi, quod imitentur; quod ornent, opulenti; quod laudent, omnes; permulti, quo proficiant; quod reprehendat, nemo: vt quod in statua regis Assyrij, id in hoc Nostri monumento, Sen. vit. beat. c. 26. f. Iul. Cap. in Ant. Pi. Senacherib. Melan. chr. l. 2.

non mala fugiendi, sed bona faciendi ad exemplar inscribatur, Εἰς ἐμὲ τὶς ὁρῶν, εὐσεβὴς ἔστω, *Esto pius, qui me aspicit*. Erit impius, qui despicit. Credat tamen hoc quisquam, quenquam pessimè loqui de optimè merito? Credo, & qui loquatur pessimum, & loqui pessimè.

Sen ben. l. 2 c. 24. p.

Οὐ γὰρ δίκαιον ἐστὶ τοὺς κακοὺς ματὴν
χρηστοὺς νομίζειν, οὔτε τοὺς χρηστοὺς κακοὺς.
Temerè vt putetis, improbi quod sint probi,
Probíue quòd sint improbi, haud iustum puto.

Creon. Soph. Oed. tyr.

Quin dicat illi Alexander, *regium, audire malè, benè cum fecerit*: Nos istis vile, plusquam seruile, dicimus, hæc instituta optimè, non optimè interpretari. Quod si *improbè facit* Martiali, *qui in alieno libro ingeniosus est*; quanto nobis improbiùs, qui alieni beneficij supinus, fastidiosus, delicatus, imò iniquus, inhumanus, inuidus est æstimator? Plerisque ῥᾶον μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι, insectari faciliùs, quàm insequi: omninò autem ῥᾶον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν, quiuis facilius vt acta comprobet, quàm quispiam affectus pariter vt agat paria; nedum maiora. *Galba non reddit rationem otij, Ausonius fœlicitatis*: num Noster

Mar. epist. in lib. 1.

Rhod. A. L. l. 11. c. 3.

Aus. grat. act.

ſter reddet benefacti? Secutus ſi eſſet omnium conſilia, aggreſſus eſſet omnia, ſed nihil peregiſſet: ſi expectaſſet omnium ſuffragia, nunquam quicquam abſoluiſſet. De tuo ſi donaſſet, quid faceres, qui ægrè fers de ſuo largientem? Iſta ſi effudiſſet, non reliquiſſet; reliquiſſet, non donaſſet; donaſſet, non locaſſet, quid putares, qui, & optimè, & apud optimos, locantem, vt malè locantem notas? Si malè plurimis, benè feciſſet nemini, quid diceres, qui nec malè malemeritis, & benè accepturis benefacienti maledicis? Maledicis etenim, tametſi taces, qui benefacta malè accipis. At illi, *vt ſolet teſtamentum condenti*, ſolum honeſtum ante oculos ſtetit; nec interminata deſperatio, nec ſpes blandita, nec manum vtilitas, nec mentem voluptas tenuit, officiorum mali iudices, admonitores mali. Quin vt ſcholam Ariſtoteles, ſceptrum Ariſtotelis auditor Magnus, ſic ſua *Dignißimis* legauit iudex incorruptus. Quàm piè fecerit, ſi *pietas in ſolum Deum*, *rectus de Deo ſenſus*, *in Deum cultus*, Deus vnicè iudicet: ſin facta indicant, iſta in Dei gloriam, addo venerationem, & ipſe profitetur, & res ipſa commonſtrat inſtituta. At

Sen. benef. l. 4. c. 35.

Lipſ. pol. l. 1. c. 2.

donant ecclesijs qui pij audiunt. Quid? an omnes? an omnia? Quid ergo orphanis, pauperibus, Academicis, militibus, aulicis, affinibus, hæredibus, amicis, ciuibus? quid non foret ecclesiæ? Vtinam quod solitum: vtinam quod debitum: vtinam non nihil foret. Sed sua, sed minora quæ non retinet, quî speret aliena? quî maiora? Si sua retinuisset, non indigeret alienis; nunc prioribus cum excidit, num captat plura? Capiat, cupio: sed vereor. At saltem donent aliqui, & aliqua. Annon & Noster? annon hoc ipso quod nobis donauit? Nam in nobis Theologus germana proles ecclesiæ, affines cæteri, iurista, medicus non alieni. Vtinam tot tanta alij ecclesiæ, quot quanta Noster: vtinam impij non raperent quæ addant pij. Nec foret ecclesia, quæ nunc est, inops; & noster in ecclesia quàm pius foret? Non tam Aenæas pius, qui patrem; Antoninus, qui senem socerum leuauerit, qui impij si non leuassent: non tam Lodouicus Pius, qui sacri ordinis hominibus vestitum cultiorem interdixit (diuitias, delicias num concessisset?) non tam Pontifices Romani quinque Pij; per ἀντίφρασιν; εἰς τὴν νάον, sed per elenchum. In ecclesiasticos

Vir. AEn. l. 2 Iul. Cap. An. Pi.

Egna. pr. Ro. l. 3.

2. Thes. 2. 4.

aſticos ſit ſumma pietas, in eccleſiaſticis ſi ſolis pietas. At foret orphanis donaſſe piũ magis. Quid? num omnibus? num omnia? an & alijs alia. Ex eo forent orphani non orphanis fœliciores: nec verò omnes vndiquaque indigent. Alexius Connenus vt orphanotrophe on erexit Byzantij, ſic & Muſæum. Noſter, hàc Vrbe noſtrâ, cùm eſſet alterum, quale non fuerat, fundauit alterum. Ille, regijs è vectigalibus, hic ſumptu ſuo. Cautum abundè orphanis: his ſtudijs non antè cautum: ſed nec illis ex iſto minùs. Patronus eſſe melior non poterit, quàm Muſis pater. At quin potiùs hoſpitijs? Et iſtis conſuluit, & non neglexit illa. Nec — *omnia poſſumus omnes*; nec vnum debemus: ſaltem non vno modo. Non dico, mendicos facere, mendicantibus qui aliquid; ne dicas, *aliquid, ſi nõ homini, at humanitati: vt homines, ſi non vt homini.* Non dico, plurimos non dignos, quibus bona; ne dicas dignos igitur, quibus argentum. Non dico dari nimium; ne dicas, nihil nimium quod datur indigenti, indigere vt deſinat: quin datur aliquid non indigenti, ne incipiat indigere. Sed dico dediſſe Greſhamium, & iſtis, & largiùs, & in

Egn. l. 2. ib.

Vir. ecl. 8. 63.

Au. Gel. l. 9. c. 2. Sen. ben. l. 4. c. 29. f. Rhod. A. L. l. 20. c. 23.

in ſæcula, & ſub hoc ipſo continuato tecto
Deo ſelectis, & per hanc Vrbem ſparſim incarceratis. *Pauperibus qui elargitur, Deo mutuatur*. Pietatem igitur agnoſcitis; at prudentiam requiritis. Ego verò non audio, quin verè pius, ſit idem valdè prudens. At verò *Paſſienus Auguſti maluit iudicium, quàm beneficium; beneficium Claudij quàm claudum iudicium. Nec expetendum* Senecæ *illius beneficium, cuius vile iudicium; nec* reputatur *beneficium, cui deeſt pars optima, datum eſſe iudicio.* Nec ego citò iudicem, hoc loco, hoc homine, an beneficio iudicium, iudicio an beneficium antecellat. Anteceſſit à conſilijs iudicium, curru ſuccedit triumphali beneficium. Hîc non ego Greſhamium, vt Orator ſuffragantem populũ defẽdo: *Malè iudicauit, at indicauit; non debuit, at potuit:* ſed & debuit & potuit, & iudicauit optimè. *Benefacta*, fateor, *malè locata, malefacta putantur* Tullio: & *damni genus* Senecæ *turpiſſimum, inconſulta donatio*: & Plinio *ingrata mala emptio, quòd exprobrare ſtultitiam videtur domino.* At *pietatis nomine* Tertulliano *ſumptum facere eſt lucrum facere: & emit* Plinio *ſalubriter, qui pœnitentiæ locum non relinquit*: & Noſter

Sen. ben. l. 1. c. 15.

Cic. Or. pro Plan.

Off. l. 1.

Sen. ben. l. 4. cap. 10.

Plin. l. 1. ep. 24

Tert. apol. c. 39.

Plin. ib. f.

cùm

cùm *elegit*, & quale, & quibus daret beneficium, id egit Senecæ, *vt esset beneficium.* Sen.lib.c. 9. f.
Tale nimirum beneficium, quale exoptet Seneca, *& necessarium, & vtile, & iucundum, & mansurum vtique:* Lib. 1. c. 11.

Ista vt quæ prosint singula, iuncta beent.

Necessarium, vt sine quo si viuere potuimus, nam vixim̃us; at non debuimus: nam meliùs accessione literarum viuimus: vt *sine illis vita sit vitæ sepultura; lapis sedeat in lapide: homo non solùm non ab homine, sed vix à bruto, imò nec differat à mortuo.* Epist. 82. Aristip. Aristot. Cui non necesse sic differre, huic sit necesse non differre. Vtile; nam literis præsentibus, nec obsunt mala; absentibus, nec prosunt bona: vt quod Sol in cœlo, clauus in nauigio, oculus in corpore, dux in exercitu, id præstent literæ in homine; lumen frontis, numen mentis, iuuenibus sobrietas, senibus Diog. solatium, pauperibus diuitiæ, diuitibus ornamentum, in aduersis perfugium, decus in prosperis: quæ si domum, quam illæ incolunt, reddant vrbis oraculum, Vrbem, quæ illas colit, reddent orbis miraculum. Illarum enim studium

Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè: Hor. l. 1. ep. 1. 25.

Æquè

Plin. l. 2. ep. 3. L. 8. ep. 19. *Æquè neglectum pueris, senibusq; nocebit.* Iucundum; Nam *quid in senectute fœlicius, quàm quod dulcissimum est in iuuenta?* Et *gaudium est* Plinio, *& solatium in literis: nihil tam lætum, quin his lætius, nihil tam triste, quod non per illas minùs triste*, si quis præsertim animo viuat Petrarchico,

Petr. trium. Am. c. 1. 21. *Altro diletto, ch'imparar, non provo:*
Nisi quod studendo discо, delectat nihil.

Cic. pro Arch. Poet. Hæc enim studia cùm *omnes naturâ suâ oblectent & ætates, & ordines*, tum tempore & loco magis: tempore, nam placidissimo in otio: loco, nam celeberrimâ in mercatura; cui summa antehac vt essent cætera, hęc

Plin. ib. sola studia ad perfectionẽ defuerunt. Nam *vt ex studijs gaudium, sic studia hilaritate proueniunt:* vt illa libero nascuntur animo, sic illis liber animus. Mansurum denique

Cic. Philip. 9 hoc beneficium: Nam si *vita mortuorum in memoria viuorum posita*: si

Ouid. am. l. 1 el. 10. 62. *Musæ quam tribuent, fama perennis erit*, facient Musæ, filiæ memoriæ, facient Gratiæ, sorores gratissimæ, illæ alumnæ, hæ clientes Gresham*ij*, vt magis Gresham*ius*, quàm aliquis Cæsar dicat,

Hor. l. 3. od. 30. 1. *Exegi monumentum ære perennius:*
Quod non diruerint innumerabiles

Annorum

Annorum ſeries, nec fuga temporum. Ou. Met. l. 15. 872.
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Illum aget pennâ metuente ſolui Hor. l. 2. od. 2. 7.
Fama ſuperſtes.

Illum intuebitur poſteritas, ſi grata; tuebitur æternitas, quòd recta. Sic enim inſtitutum nulla vel ætas, vel terra conticeſcet; vtcunque vel inuerſum, vel euerſum, vlla (quod abſit, ab Anglia ô abſit) ingemiſcat. Sed quibus tandem iſta prudens? Hominibus: dico iterum, κατ' ἔμφασιν, hominibus: dico tertiò, κατ' ἐξοχὴν, hominibus, qui ſupra homines: literatos intelligo. Adhuc quibus, interrogas? Reſpondet, vt Sigiſmundus Imperator, Hos amo ante alios, natura ante alios quos voluit anteſtare: eruditos innuit. Eunuchus Leoni dicis? *Hæc in milites:* Eunucho reſpondet Leo: *Imo in Doctores.* Quibus, iterum rogitas? Regerit vt Archelaus, *Tu dignus, qui roges, qui recipiat, Euripides*: Euripidem quis doctũ neget? *Scholaſticorum genere*, vt iudicat Senator Plinius, *nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Qui in foro terimini, multum malitiæ addiſcitis. Schola innoxia eſt.* Quo noſtro merito, ſi vrgeas: id dico, quod Auſo- Egna. pr. Ro. l. 3. Plin. l. 2. ep. 3.

Auſ.grat.act. Auſonius: *Quid me oneras ſciſcitator? Satis eſt illius tenere iudicium: Interpretes valete meritorum.* At miles auratus conſultiùs cõſuleret militibus, alendis ſi egentes; exercendis, ſi tyrones; ſanandis, ſi ſaucij, ægroti, mutili. Sic ſonas in pace bellicum? Scilicet, *ſub clypeo ſuccedit melius pacis negotiũ,* Gui. Neu. rer Ang. l. 2. cap. 12. vt noſtras ait Neubricenſis. *Militia tam eſt laudabilis, quàm neceſſaria: miles ſicut laboris, ſic & honoris nomen eſt:* vt noſtras habet Sarisberienſis. Quin hæc *præclara ſtudia latent in tutela & præſidio bellicæ virtutis:* vt Muſæ ſub ſcuto Herculis. *In pace de bello cogitandum:* quia *bellum ſuſcipitur, vt in pace viuatur. Apud milites* (fateor) *theſaurus* Alexandro: cui nimirum? Magno, Monarchæ, orbis victori: & Iuliano pariter: quanto (ſi placet) Imperatori, bellatori? Quin *Alexander Seuerus milites ſeruauit magis, quàm ſeipſum, quòd ſalus in his publica:* qui homo? aſcitus à militibus pro merito, in milites effuſus ſupra meritum, à militibus occiſus Imperator indigniſſimè; niſi cæde dignus, qui fidem indignis habet. Quin Septimius Seuerus, vtcunque ad quæ rendum diligens, ad largiendum tamẽ liberalis, militibus nummos, annonam, annulos,

Io. Sar Polycrat. l. 6. c. 5 & 8. Cic. pro Mur.

Off. l. 1.

Am. Marc. l. 25.

Ael. Imp. Al. Seu. Herodi l. 6.

Aur. Vict. Seu. Herodia. l. 4.

nulos, mulierem indulget primus: quid lucratus? ſeruit illis, quales vir probus nolit ſeruos; cæteris imperat, ſed illi *milites, Cæſarum domini. At miles à Galba legitur, non emitur.* Ab Imperatore Probo, annona militi non conceditur gratuita: etſi *nec quies ſine armis, nec arma ſine ſtipendijs, nec ſtipendia ſine tributis conſtent.* Ferendum fortaſſis, vt apud Romanos primas tenerent milites, per quos Romani rerum Principes, orbi terrarum pares, inuicti opibus, & armis inclyti. At Reipublicæ quæ facies? qui Principes? cùm imperarent, ſaltem imperantes attollerent, regerent, deijcerent, qui nec bonos, nec malos ferrent, largitione venales, luxu diffluentes, impetu furentes milites: debellaturi Alexandrum, ſed in menſa? Quin illis tandem extra Vrbem caſtra: nullæ in Vrbis ſinu ſtationes. Num Noſter igitur, non Imperator, non bellator, nec ſua feruens ambitione, nec fauens alienæ, nec ſtudens partibus, nec turbas ciens, ſua donet militibus, qui aliena rapere per fas & nefas aſſueſcant, tumultum ſerant ex tumultu? *quibus quieta mouere magna merces,* cùm nec ipſi quieſcant, nec ſinant alios quieſcere? idque ſub pacis patrona

Eraſ. ep. in hiſt.

Suet. Gal. c. 16. Flac. Vop. Prob. Cor. Tac. hiſt. lib. 4.

Curt. l. 7.

Saluſt.

trona Principe, in pacis alumna Ciuitate, in ipſo Ciuitatis gremio?

Perſ.ſat.3. vlt. *Non ſani eſſe hominis non ſanus iuret Oreſtes.*

Id ſi non factum antehac, nec opus vt fieret, fuit, cum grauiſſima & foris & domi bella immminerent, cùm

Lucan.l.1.7. —— *pila minantia pilis,*

Vir. ecl. 1.6. nunc cùm —— *Deus otia fecit,*

71. — *tam culta noualia miles habebit?*

Barbarus has ſegetes? —

Vix tutum, nedum pium: haud æquum, nedum prudens conſilium. Nec enim ad portas, nec intra portus Annibal: nec iſta terret Ciuitas vicinas ciuitates, ſed nec remotas timet: nec illa vlli minitatur, nec illi vlla: nec ſita in finibus, vt præſidiario, nec hoſtium in faucibus, vt propugnatore, nec inter arma media, vt excubitore opus habeat. Nec opus igitur, vtcunque *conflictus cùm inciderint, cum ſanguine ſunt meditationes*: *ſic meditationes* Londinenſium, vt olim Romanorum, *conflictus habeantur ſine ſanguine*. Nam inclamabit non doctus Diomedes, ſed expertus,

Ioſ.bel. Iud. l.3.c.3.

Vir.Aen.l.11 253. —— *quæ vos fortuna quietos*
Sollicitat, ſuadetq; ignota laceſſere bella?

Quin

Quin arma Londinum ſumat, quum tonat neceſſitas; ponat, quum ſplendet tranquillitas: bello conſcribat numeroſum militem quem pace mox ſcribat nummoſum mercatorem. Sic etenim moneat

—*diuûm pater, atque hominum rex:* Lib. 10. 2.
Adueniet iuſtum pugnæ, ne arceſſite, tempus. 11.

Quin militem qui formet optimè, artem Macch. art. ſcitiſſimè informat militarem, non illi ex Guer. l. 1. iſtâ, vt cuiq; artifici ex arte ſua, victũ quærendum, v x nomen ferendum arbitratur: quin bello fiat miles non malus, qui ſit in pace ciuis bonus. Ideoque vt olim Plinio, *ex agricolis viri fortiſſimi, ſtrenuiſſimi milites:* ſic Angli victores plerunque eo nomine quòd ciues agricolæ, diuites, domini pro ſe, pro ſuis militarent. Vt tamen *Medico eſt* Sen. elem. l. *honor apud ſanos, cuius eſt vſus apud ægros:* 1. c. 2. ſic militi, qui pace bellum diſcat, bello vt pacem quærat, ſit honor in pace, quia vſus in bello. Sed vt Medicum perpauci adhibent, qui ſano corpore: ita nec Noſter militem, pacato ſtatu: amauit fortè medicũm, non medicamentum; odit militiam, non militem: nec prophylacticis turbare voluit, therapeuticis ne cogeretur exturbare. Quî Plin. l. 18. c. 5. P.

Iou. embl. enim Nostro placeat, cui *placet aqua turbida*, si non quasi camelo vt ebibat, at quasi
Sal. Iug. piscatori vt prædetur? qui *præda sæpè hostium, prædator sociorum?* qui fulmen

Lucan. l. 10. 34. — *quo Iupiter vltor,* —*quod omnes*
Percutiat populos? —

qui hystrix & pungat cominùs, & perstringat eminùs? qui gryphus,

Iou. ib. *Unguibus, & rostro, atque alis armetur in omnes?*

Hom. Il. 1. 63. qui (non dico Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, — sed)

Hor. art. po. 132. *Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis?*

adeoque

Sen. Her. iure act. 2. *Cui ius in armis, omnis in ferro est salus.*
Tass. Gier. lib. can. 2. st. 59. 7. *D'ogni Dio sprezzatore, e che ripone*
Ne la spada sua legge, e sua ragione.
Luc. l. 1. 175 — *mensuraq; iuris*

Vis erit. — vt vel de summis ducibus, præclaris, & palmaribus, Poetæ arbitrati.
Cic Parad. 6 *Oportet* sanè *esse diuitem, qui possit*, at decet
L. Flor. l. 3. c. 11. esse Crassum qui velit *alere exercitum*: sed quo deleto, ipse hosti ludibrio, in rictum
Mont. essa. l. 2. c. 7. oris auro infuso liquido, cui inhiârat. Quin miles (credo) donum Labieni diuitis abijciat; armillas Scipionis Imperatoris amplexetur:

plexetur: Malit *Trebatius à Cæſare conſuli, quàm inaurari:* nam quilibet pecunijs penſatur operarius; cibis tenetur ſeruulus: miles affectat honoraria vt decet militaria; quæ ſi Auguſtus diſpenſarit parciùs, quàm cibos, quam pecunias (etſi ab Auunculo congeſta prius ceperit, quàm caſtra viderit) fecerit, quo ratiora, chariora; & illa alijs quo miſſus admiſcuerit, hoc magis illuſtrârit. Noſtro autem Greſhamio, vt Fuluio Nobiliori, *Martis manubias* non libet *Muſis conſecrare*: quin Muſas potiùs placet, vt Martio Philippo, ſub Herculis Muſagetæ tutela collocare. Sed ſuis milites per nos fruantur licet, coronis, torquibus, armillis, annulis, (niſi & aliena rapere pro more, non de iure, libeat) nobis relinquant iſta: ſibi laurum, eamque myrto intextam vendicent, laurus tametſi Phœbo, ideóque nobis ſacra: nobis roſam, eamque ſpinis ſeptam concedant, roſa quantumuis Veneri, ideoque Marti grata. Aurum ne habeat, habere nolit, Curius, Fabricius; an probi neſcio, an fortes magis: id ſcio, ex agricolis Imperatores, ex Imperatoribus agricolæ & quibus ſatis ſeptem iugera. Aurum tollat qui non eſt Themiſtocles, Themiſtocles

Cic. ep. fam. 13. l. 7.

Suet. Aug. c. 8.

Cic. pro Arc. Poet.

Suet. ib. c. 29 Rhod. A. L. l. 5 c. 7. L. 27. c. 26.

Cic. Cat. Ma Plut. Pyrrh. L. Flor. l. 1. c. 18. Pli. N. H. l. 18. c. 3.

Am. Marc. l. 30. L. 25. miſtocles ne tollat: ne putet neceſſarium ſibi Pelopidas, vtcunque claudo Nicomedi. *Ferrum, non aurum habet bellator Iulianus.* —*hæc gloria palmæ.*

Vir. Geor. l. 3 101. 112. *Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.*

Nec verò Noſter exauthorat milites, vt Q. Curt l. 9. L. 10 *purgamenta ſuarum vrbium*; vt Alexander, ſeu Magnus, quia tumultuantur; *Faceſſite hinc ocyus, neminem teneo: liberate oculos meos, ingratiſſimi milites:* ſeu Seuerus, quia potant, amant, lauant; *Quirites diſcedite, & incertum, an Quirites.* Quin quaſi Numa mores potiùs conſtituit, quàm milites inſtituit; nec prodeſt indè minùs Ciuitati, quàm Marte natus, Marti datus Romulus; quàm Tullus artifex militiæ; quàm Ancus Martius ædificator. Quaſi Probus Imperator (de quo ſcripſit Valerianus Imperator, *Si Probi nomen non haberet, habere cognomen poſſet*; de quo dixerunt omnes, vt *Probus diceretur, etiamſi nomine non fuiſſet*) quantum in ipſo, fecit ipſe (facient melius, melius qui Muſis facient) non dico (quod dixit ille) *vt ne ſit miles neceſſarius* (nec enim ſpes eſt aurea redire ſæcula) nec dico, *ne orbis terræ*, ſed Vrbs iſta, *barbaros ne habeat:*

Eutro. hiſt. Ro. l. 1. p. L. Flo. l. 1. c. 8. Macch. in Li. l. 1. 19. Pomp. Læt. Florian. Fla. Vop. Prob. Piet. Meſſ. Prob.

beat: piu meſtiero di ſoldati. Vrbs iſta (dico) delicijs cùm prouocet Romanam Curiam diuitijs ariſtocratiam Venetam, quàm prudens, quàm potens, qui prouideat, alterutri ne cedat diſciplinis? Nec tamen ſpes eſt (*Aſt quosdam prodire tenus* —) ciuis vt quiſpiam tot tanta ferat, conferat, quot quanta ſummus Pontifex, ſumma Reſpublica. At forſitan prudentior, ſi Aulicis legaſſet omnia. Sic enim hoc æuo (etſi iniquè) *comparatum eſt, hi qui minus habent* Hor. l. 1. ep. 1. 32.

Vt ſemper aliquid addant diuitioribus: ipſique *opulenti* Marcellino *pulſantes præſidia potiorum, ijs tanquam hederæ celſis arboribus adhærent*; *hæredes ex aſſe ſcribunt*, ſi non Cæſares, at proceres; ſæpè vt proſint mutuum; fortè, vt reos liberent; certè ne noceant: ideoque vt olim Romæ, *dici non poteſt, quà obſequiorum diuerſitate diuites colantur ſine liberis:* acſi Tireſias Vlyſſi conſulat, ſed apud inferos, de modo diteſcendi: Ter. Phor. act. 1. ſc. 1. Am. Marc. l. 25. L. 14. Hor. l. 2. ſat. 5. 23.

Teſtamenta ſenum captes aſtutus vbique.

Præceptum illud Aulici non optimi, receptum Aulicis non optimè, Photin. Lucan. l. 8.

— *fatis accede, Deiſque.* 486.
Et cole fœlices, miſeros fuge. —
Nulla fides vnquam miſeros elegit amicos. 535.

Val. Max. l. Policrat. l. 8. c. 15.

Ipsa Curiæ lumina, & fori ornamenta, Crassus, Hortensius (vt memorat Valerius) *Munitij fortè incogniti, at valdè diuitis, hæredes scribi testamento, ferant supposititio, sed vero gaudeant*. Noster verò Greshamius, vt Titus Flamminius, τοῖς μὲν δεομένοις εὖ παθεῖν μᾶλλον, ἢ τοῖς εὖ ποιῆσαι δυναμένοις ἔχαιρεν. τοὺς μὲν ὕλην τῆς ἀρετῆς, τοὺς δὲ ὥσπερ ἀντιπάλους πρὸς δόξαν ἡγούμενος: illis gauisus magis, qui opus haberent, sibi benè vt fieret, quàm qui opes haberent, illi benè vt facerent: illos virtutis exercendæ materiam, hos æmulos ad gloriam cùm deputaret. Illi idcircò cùm nec deesset aliquid, quo Aulici prodessent; nec crimen esset, quo absoluerent; nec metus esset morituro, ne nocerent; præterijt, non paruipendit Aulicos: nec *nepotari liberalitatem* voluit, nec *fœnerari, negotiari beneficium*, ille vt loquitur: vt Sigismundus arescentes Musarum hortos irrigauit; non vt equus Sigismundi aquas in aquas affluentes fudit: vt arbor senis Statiani *profuit alteri sæculo*; non, vt ficus diuitis Galeniciin præcipitio, aut κόρακας, aut κόλακας, aut graculos, aut græculos, aut ἑταίρους, aut ἑταίρας pauit, fouit. Illis donauit denique, quibus ipse dicat,

Plut. T. Q. Flam.

Sen. ben. l. 1. c. 15. n. 2.

L. 6. c. 12. f.

Penc. chron. 854.

Cic. Sen. Gal. hort. art. c. 3.

cat, vt Appius, *Annua æra habes, annuam operam ede:* non illis qui dicant illi, vt Traiani procuratores, *primò, Quæ habes? tum, Vnde habes? tandem, Pone quæ habes.* Posuit; non inuitus ex morte; sed in vita ex animo pleno prudentiæ, inani ambitus. Sin cauilletur Aulicus, vt olim Dionysius, amiculum hoc aureum æstate nobis grauius, hyeme frigidius, quàm vt conueniat; ideóque hoc detrahat, & laneum inijciat; si barbam nobis demat aureâ, quibus imberbes fortè patres; si bona ista auferat non porrigentibus, quòd boni (non dico Dei) fuisse prædicemus: experiatur vtinam, quàm bona detur nauigatio sacrilegis: id hæret interim, *ad impietatem in Deos, in homines adiungit iniuriam:* Sed graue pondus conscientiæ. At ista (dices) vix in publicum. Imò quid magis potuit? Non in ærarium? Vix ita debuit. Non dico, quod vel Traianus (doctus leuiter, à Musis tamen haud abhorrens) *fiscum luenem*; crescit iste? artus decrescunt: decrescit ille? & artus, & artes crescunt. Non, dico, Aulici quod dixit informator, *Fiscum nunquam male habuisse, nisi sub bono Principe.* Id dico, vtcunque agnoscam, vbi locuples ærarium, ibi ciues

Liu. l. 5. Aur. Vict. in Iulian.

Cic. Na. De. l. 3.

Egnat. pr. Ro. Tra. Aur. Vict. Iulian.

Dur. Pasc. aul. pol.

pauperculos; at vbi ciues locupletes, ibi ærarium non eſt inane. Si exhauſtum ærarium, exhauſti ciues, vel matronæ in publicum monilia, armillas, gemmas conferant, & referant in funere pro munere laudationem. Aedes Valerius, agrum Fabius, rem ſuam abdicent, vt publicæ adiudicent; ille Publicola, hic Maximus vt audiat. Sin eſt ærario (ſit Deo gratia) vnde fiant maiora; priuatus ſi facit benè magna, ne ſint moleſta, eoque minùs, quod fide, fructu, laude publicis: fide ciuibus concreditâ: fructu dimenſo ciuibus, laude dicatâ ciuibus. Si qua maiora ſint, quàm priuatum quæ deceant, & Imperator ſpolia, & munera Legatus in ærarium deferat: vt è publico miniſterio accedat priuato rei miniſtro, præter laudẽ, nihil. Alioqui, vt eſt ius publicum, ſic ſit priuatum. Nam vt delicta ſingulorum non cadunt omnium in capita, ita nec cedunt omnibus quæ bona ſingulorum. Priuatos priuari ſuis, aut publicari bona ſingulorum, vt ſit nihil cuiquam ſuum, nec ius, nedum iuſtitia: nec ratio, nedum natura, patiatur, nedum poſtulet. Quin vt ſunt ſua ſingulis, ſic ſua ſingulis vt libet, quin licet collocare? Licebit ſanè, id ſi libeat, quod è re publicâ nec

Liu. l. 5.

Plut. Val. Pub. Fab. Max

Dur. Paſc. è Val. Max.

Inſt. iuſt. iur. §. 2.

nec in ius proprium. At forsan optimè, qui maximè in publicum: Nam res vtcunque ciuium κλήσεις priuatæ, sunt tamen χρήσεις publicæ; nec quisquam ciuis ἑαυτοῦ ἑαυτῷ, sibi natus, sibi qui viuat, moriatur sibi. Quin bonum ὑπερέχον ἅπαντες μετέχουσι: quo communius, hoc melius, κάλλιον, τελειότερον, θειότερον. Hoc autem ita latè patet, vt plures obligârit, quàm putârat Quid enim magis publicum, quàm forum? Nostet hoc nomine struxit Emporion: quàm συσσιτία, φιλίτια, φιδίτια, conuiuia? Nostet hoc animo Sodalitati suæ centum legauit libras annuas: quàm scholæ, phrontisteria, subsellia? Nostet huic vsui has ædes consecrauit. Ne prophanentur consecrata, legata ablegentur, instructa destruantur; hic vsus, hic animus, hoc nomen, semper, ô semper quâ recoluntur, prosint, quâ prosunt recolantur. Quid plures etenim attingit, comprehendit plura, accommodatur pluribus, quàm sermonem quæ poliat Rhetorica, quæ terras metiatur Geometria, quæ cœlos perlustret Astronomia; quæ animos oblectet Musica, fortunas quæ tueatur Iurisprudentia, corpora quæ sanet Medicina, animas quæ seruet Theologia? Hæc cùm concludant

Arist. pol. l. 2. c. 5.

L. 8. c. 1. Rhet. l. 1. c. 7.

Eth. l. 1. c. 1. Sen. ben. l. 2. c. 9.

concludant omnia, tum Noſter his excludit neminem, quin hæc recludit omnibus.

Ariſt. pol. l. 3. c. 1. Cùm igitur ſit *ea* Politico *totius ciuitatis, quæ eſt cuiuſque ciuis inſtitutio*; tum vt *Imperium aſſeruiſſe* Virginius, ſic opes Greſhamius ſcribatur corrogaſſe, erogaſſe,

Plin. l. 6. ep. 10. L. 9. ep. 19. Dion. Caſſ. Ner. Coc.

— *Non ſibi ſed patriæ.*

Ariſt. ib. c. 4. nec tam ſibi quæſiſſe, vt illi apud Euripidem, τὰ κόμπλα ſpecioſa, quàm ὧν πόλις δεῖ quorum indiget ciuitas. Quin vt Agrigentinus Gillias Valerio, ſic nobis Greſhamius, *non aliquis mortalium ſed fortunæ propitiæ benignus ſinus*; cui cùm ipſa liberalitatis præcordia haberet, tum quod poſſedit cõmune patrimonium, domus munificentiæ

Val. Max. l. 4 c. 8.

Rhod. l. 20. c. 23. dicatur officina. Fortunæ ſic oculos dedit, quæ apud cæteros exoculatur, ſic Plꝛto libertatem, qui apud plurimos incarceratur. O quàm exultent literæ

Vir. Aen. l. 11 285. *Si duo præterea tales hæc noſtra tuliſſet*
Terra viros? —

Poſicrat l. 8. c. 4. Quin cùm non minimum *fœlicitatis argumentum* Metello fuerit, *bona multa bono modo inuenriſſe*; quin ipſa Socrati fœlicitatis

Rhod. l. 25. οὐσία, intima ſubſtantia, ἐκ περιουσίας, ex affluente ſubſtantia (vt vulgus loquitur) dignis donare, tum tanta cùm ſic geſſerit, con-

congesserit, cum tanta talibus donârit, cõdonârit noster Greshamius; quin omnes omnia bona dicere, & laudare fortunam, imò fœlicitatem eius (fortunæ siquidem, vt benè posset, fœlicitatis inclytæ, vt benè ageret) quin pius Greshamius, prudens Greshamius, publicola Greshamius, addo fœlix Greshamius concelebretur? Fœlix sit etenim, fœlices alios qui faciat: fœlices autem Londinenses

— (*bona si sua norint*) Virg. Geor. l. 2. 446.

benefacto Greshamij, vt nullo vnquam magis, conclamant exteri, agnoscent posteri, qui sentit acutissimè, censebit apertissimè. Nos verò, si non vt pueri apud Platonem canimus, τῶν ὀρθῶς δοθέντων, horum Plat. Phileb.

quæ data optimè, ἄφεσις, vt legit Crato, Crat. ep. in cons. Mont.

ἀφαίρεσις, vt alij, ne sit diminutio, nedum dimissio, nedum amissio: at vt viri pronunciamus ex Imperatorum sententia, non Alex. Sen. Herodia. l. 6.

modò μὴ καινοτομεῖν, ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ αὐτοῦ, nemo quisquam quicquam innouet; sed suis quisque acquiescat. *Qui nonvult mutari horum præsentem statum, is vir bonus, ciuis bonus*: Contentissimus hoc August. Eras. Suet. A. 87.

Catone. Qui verò hæc subuertat, imò vel conuertat, non dico ad locum, sed vsum

quemuis

quemuis alium, peruersus euertatur: qui testamentum Greshamij rescindat, abscindatur intestabilis & detestabilis: qui pietatem accuset, impius; qui prudentiam, imprudens; qui magnificentiam *hostis more maiorum puniendus* habeatur: qui frangit, rapit, vrit, ferit, sit anathema: non dico, *in caelum qui insaniat*, sed sacrilegium qui faciat, ô saltem *perdat operam*. Hæc enim vel quouismodo inuertere, si hominum sit studia non modò ab his studijs vt fas est fouendis, vt par est propagandis, sed à re quâuis in rempub. leganda omnimodò auertere (quis enim quid quòuis conferat, quod nesciat quò mox sit transferendum?) quid demum erit hæc funditùs euertere? vt hodiè in antiquiora Collegia si non impetum faciunt, quod est superbiæ, at agunt cuniculos, quod est malitiæ, nonnulli malesati, malesani, maledici, & maledicti.

Suet. N. c. 49

Sen. vit. bea. c. 27.

Quos ego —

Sed differo. Hîc plurima se offerunt de Collegijs conseruandis, de reprimendis horum aduersarijs quę cogitâram; sed quæ in rem præsentem dicenda videbantur, vtcunque rhetorculus malè concludo,

Dixi.

Ad

Ad ornatissimos Merceros,

Peroratio.

Hæc vobis ostensa (non ostenta, non ostentata) nonnulli meministis (Patroni colendissimi) Februarij quinto, quum vobis, quá potui, inseruirem. Si variata senserit, cui sunt in manu, (quia nescio quî surrepta) non multum tamen censuerit, vt fit dum transcribuntur, cui in mente. In me, in mea siquis insurgat, etsi mons aliquis è sale factus, inueniam acetum saltem, quo illum dissoluam. Si

Filius ante diem patrios inquirat in annos, Ou. Met. l. 1.
patris expectet obitum; expectet, oro, imò & faciam. In liberos libertus si struit insidias, calumniam, is per vos (patres optimi) insidiosus calumniator destruatur. Ab Oriente Sol si me excalfecerit, deponam fortè chlamydem. sin *Caurus imbrifer* (non dico Verdez. f. 18. Pli. l. 2. c. 47.
κόραξ, κόλαξ, dico *Argestes procellosus*) ab Occidente afflárit, astringam certè fortiùs. L. 16. c. 42.
Ex palma ad palmam didici, in pondus insurgere, post pondus resurgere. Iou embl.

Ἀβάπτιστος εἰμι, φέλλος ὡς, ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας. Pindar.

In

In nos & noſtra, imò vos & veſtra (nam vt in regnis vnio, ſic in hac re communio) ſi hæres (vt plus quàm ſuum) ſi alienus (vt plánè alienum arripiat) ſi ambo (ex alieno ſuum vt faciant) obiectárint nos noſtro non defungi, vos veſtro officio; ô videant id ipſi manticæ quod eſt in tergo. Num quia faber peccat, fullo plectitur? Nam quod alterutrá in Academia (nos nobis ſi exemplo) quod quauis Chriſtianâ (ſi cordi magis exteri) vel iure debent ſcripto, vel more ſolent recto, qui Profeſſores Regij, ſtipendia qui merent publica, id (quantum quantum eſt) nos ſponte ſuſcipere, vos cõſulto præſcribere, teſtamur inuicem, non redarguet inuidia. Teſtetur vtinam inuidia, vos non redarguatis, tam nobis, quàm illis indulgeri. Tam nobis vxor vtinam, quàm illis vbique (ſaltem laicis) probis quæ conuenit, indulgeretur. Maritus tamen (inquiunt) & inter nos. Quid ni? quin & è nobis? Nam niſi & è nobis, vix inter nos decebit. Qui illi indulſiſtis, quin & alteri? Cauetur teſtamento? num rato vndiquaque? num non (hoc nomine) ſubiecto Principi? num nõ in melius interpretando? O reſtringatur odium; ſed amplietur gratia. At quotidiè

non legimus! *Id verò fit quotidiè, id fit aſſiduò, quod debitis & ſtatis fit temporibus.*

Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum Ou.triſt.l.1. el.1. 37.

Quærere.——

Continuè, aſſiduè, orandum, vigilandum, iubente Spiritu, docente Apoſtolo. Natura non ſuſtinet? lex diſpenſat. Academiæ publicè, priuatim Collegia, requirunt quod requiritis, vix habent quod habetis. Illis & publicè vacationes, vindemiæ, iuſtitia: & leges priuatim, potſt mutos magiſtratus, quæ loquuntur candidè. At vix ſunt, qui nos audiant! Vix plures alterutra in Academia; etſi & iureiurando, & mulctâ, & ſupplicandi formulâ (præter profectum vtrobique promiſſum & promiſcuum) ibi eò aſtricti. Conſuluerit is & exteris (qui, miror, quòd non aduolent) & vobis meliùs (qui grauioribus vacatis liberiùs) ſi conuocet campana audituros, horologium legentibus ſi moderetur. Nobis vtcunque Eph.6.18. Cic.leg. l.1.

Excitat auditor ſtudium;—— Ou. Pon.l.4. el.2.35. Cic. Cl. Or.

non tamen frangit infrequens, quin *vnus* ſæpe *inſtar mille*; nec is *Plato* qui tamen plerunque nobis frequentior, quam in hoc ge-

genere quibuſuis alibi. At vnà non viuimus; in menſa ſcilicet. Imò pleriq́ue ſæpiùs; & ſæpiùs, quàm ex re noſtrâ; cùm etſi non cænanti datur ſymbolum. Ad menſam ſiquis ſuggerat, quod ſtudioſis ſuppetat, vt quouis in Collegio, non dico (quod optem) Collegium inſtituet, ſed (quod laudem) Greſhamij implebit beneficium. At plura debentur quàm ſoluuntur. Soluuntur imò, quæ tenentur; & tenebuntur (ſpero) quæ debentur. Augere honorarium; minuere ſacrilegum. Si quis plura, quàm ſua, vſurpârit, coerceatur: ſi quis minora obtinuerit, amplificetur. Hoc fidei; hoc æquitatis. De æquitate non diffidimus qui experimur: de fide ne detrectent qui ignorant. Quam ſit beneficum, quàm honorificum, lectores alere, quos alitis amare, quos amatis ornare publicos, nos diximus, vos intelligitis, intelligentes enitimini, enitentes valebitis, non noſtro præcepto, ſed exemplo Greſhamij: exemplum tanti magis vt valeat, quàm præceptum cuiuſ-

Verdez.f. 1. uis. At ferat aliquid, in nidum auferat, ex ara Greſhamij, prædator Aquila. Caueat,

Pli.N.H.l.10 c.3. caueat: priùs, ô priùs *ponderet, ne vnà mergatur*, ne ignis in præda lateat, qui nidum incendat.

incendat. Quin alà Cicadam ſi corripiat, ſi ſcarabæum prouocet, in Iouis gremium (obteſtor) perſequemur. Alciat. emb.

Si quis erit dignus deſcribi, quod malus, aut fur Hor. l. 1. ſat. 4. 3.

Famoſus, multa cum libertate notabo.

Notabo ſcilicet carbone nigro, dicamque vt ſcitè Marcellinus; *Hi paſti templorum ſpoliis, & lucra ex omni odorantes occaſione, ab egeſtate infima, ad ſaltum ſublati diuitiarum ingentium, nec largiendi, nec rapiendi, nec abſumendi tenuere aliquem modum, aliena inuadere ſemper aſſuefacti*: vel vt falsè Plautinus ſenex: Lib. 2. ſat. 3. 246. Am. Mar. l. 22.

Homines cum ſenis manibus genere Geryonaceo, Plaut. Aulul.

Quos ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit,

Is nunquam ſeruet.— ita ſunt Harpaces, Lanerniones Grypi.

Sed metus ab his minor, dum amor in nos maior, dum fides in defunctum, dum pietas in Deum, dum charitas in patriam, dum cura vobis veſtri. De me id vnum addo, vt vnum iſta ediditſe (plures quod poſſent pluribus) quæ me gratum oſtendant, vos reddant glorioſos; ſic dum è veſtris ero, vt

priùs, si agnoscitis, cùm non ero, in successore curaturum, id si conceditis, vt

Hor. l. 4. od. 8. 27.

Dignos laude viros Musa vetet mori;
Cœlo Musa beet.—

vt audientibus prælectio, prælectioni industria, industriæ doctrina respondeat; vt pietas, prudentia, magnificentia Greshamij, cum vestra fide, benignitate, charitate, per ora omnium, per oras omnes prædicetur.

Londini ex Edibus Greshamijs in [illegible] Diui Præcursoris 1605.

Τῷ θεῷ δόξα.

FINIS.

C 12554
61242 SL

REPRODUCED FROM THE COPY IN THE

HENRY E. HUNTINGTON LIBRARY

FOR REFERENCE ONLY. NOT FOR REPRODUCTION